Universitätsbibliothek Paderborn

# Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Iter Coeli. Sivè Exercitia Spiritualia, Quibus Itur ad Cœlum. Pars Tertia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49363

Visual Library

# ITER COELI,

*Sive*

## Exercitia Spiritualia,

*Quibus*

Itur ad Cœlum.

## PARS TERTIA.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# EXERCITIU[M]
## PRIMUM.

### *Pro oppugnandis evincendisque D[æmo]nis tentationibus.*

### CAPUT I.

#### *De neceſſitate tentationum.*

HÆc neceſſitas ex multiplici cap[ite] ...
rari ac probari poteſt; ex parte D[ei] ...
& Dæmonis. Primò ex parte De[i] ...
namque lege ſancitum eſt, ætern[æ] ...
voluntatis hæc determinatio, ... 
S. Paul. *netur, niſi qui legitimè certaveri[t].*
2 Tim. 2. idem ſuavis Divinæ providentiæ poſtulat diſpo[ſitio] ...
S. Tho. 1. p. ad bonum & perfectionem hominis, naturæ ...
q. 64. art. 4 ferioris, concurrat Angeli, natura ſuperiores; ...
Angeli boni, aliter mali: illi concurrunt per ſe, ...
perſuadendo bonum, & ad illud exhortando: ...
accidens & indirectè, incitando & alliciendo ad ...
quod ipſi homini bonæ, ac meritoriæ operatio[nis] ...
bet occaſionẽ, cùm ad ſuperandas vitiorum ten[tationes] ...
varios exercet virtutum actus, ut quando, ad ...
tentationem contra fidem, elicit actus fidei, ad ...
dam tentationem deſperationis, exercet actum ...
deſtruendam tentationem odij in Deum, ...
rumpit actus amoris Dei.

Inſuper propter Divinam Bonitatem, neceſſaria eſt tentatio, ut per hanc probetur, utrùm ſuper omnia, [illegible] par eſt, à nobis ametur illa. *Tentat vos Dominus Deus* Deut. c. 13. *veſter, ut palàm fiat, utrum diligatis eum, an non, in toto corde & in tota animâ veſtrâ.*

Neceſſaria eſt propter Divinum amorem: etenim, [illegible] Deus non amet tentationem, dùm ſit mala & incitativa ad peccatum; ſed ſolùm permittat illam; amat [illegible] bonum noſtrum, quod ex ea reſultat. Unde Dæmon exhortando nos ad peccatum, peccat; at Deus, permittendo illud, peccat minimè. Denique neceſſaria S. Tho. 2. 2. eſt propter bellum movendum inter nos & Dæmones à q. 69. Deo publicatum & intimatum ſubitò, ac illi, veluti rebelles, cœlo extruſi præcipites ruerunt ad tartara.

Secundò tentatio ex parte quoque noſtrâ neceſſaria eſt propter naturam noſtram corruptam & ſemper inclinantem & incitantem ad malum, eſto non adeſſet Dæmon tentator. Unde S. Bernardus hanc noſtram deplorat S. Bern. ſer. miſeriam, dicens: *Ipſi enim geſtamus laqueum noſtrum,* 5. in Quad. *atque proprium circumferimus inimicum, carnem noſtrã, in peccato natam, in peccato nutritam, & multò ampliùs in ſua conſuetudine vitiatam.* *Velimus, nolimus,* ait S. Au- S. Aug. to. *guſtinus, habemus carnem, quæ concupiſcit adverſus ſpi-* 10. de ver- *ritum, & ſpiritus adverſus carnem. Velimus, nolimus, titil-* bis Dom. *lant, blandiuntur, ſtimulant, infeſtant, ſurgere volunt* ſerm. 43. *inordinati* noſtrarum paſſionum motus.

Tentatio quoquè neceſſaria eſt, ut præſervemur à peccatis. *Sicut caro* inquit Origenes, *ſi ſale non aſpergatur,* Orig. Hom. *corrumpitur: ita & anima, niſi tentationibus aſſiduis quo-* 27. ſup. Nu. *dammodò ſaliatur, continuò reſolvitur & relaxatur,* ut [illegible] à peccatorum præſervetur corruptione, variis [illegible] tentationibus, neceſſe eſt.

Tertiò denique neceſſaria eſt tentatio ex parte Dæmonis, propter internum odium, ac continuam invidiam [illegible] conceptam (*in cœleſtibus, id eſt, pro cœleſtibus*) Epheſ. c. 6. propter regnum cœlorum. Et hic eſt ſcopus & finis belli: v. 12. [illegible] non vult ullâ ratione, ut ad occupãdas illas ſedes, [illegible] ipſe ob ſuperb[illegible] à ſuâ præceps corruit, aſcẽdamus. [illegible] rationes, quæ in confirmationẽ veritatis hujus [illegible] poſſunt, prætermitto. Venio ad concluſionem:

*Non debemus peregrinari in fervore , quaſi novi*
Petr.1.4. *nobis contingat.* q.d. Non debemus peregrinorum
admirari, quandò contingit nos incidere in va
tationes , neque ſtudium noſtrum ponendum
quærendis illarum effugiis ( etenim cunctas e
haud poſſumus, & nonnunquàm, dum conam
tiones evadere minores, prolabimur in majore
potiùs, ſupponentes tentationum neceſſitatem,
nullus prorsùs , quantumvis ſanctus , liber
omni cum diligentiâ ſtudeamus adinvenire mo
vincendi & ſuperandi illas. Tentari malum
ſic tamen vinci & ſuperari à tentatione. Qua
oratione Dominica Chriſtus D. N. non docu
re: *Ne nos permittas tentari*; benè quidem:
*ducas in tentationem* : quod eſt idem dicere:
*mittas ſuperari à tentatione.* Nam, ut benè no
S. Anſel. in mus, *Angelicum eſt, non ſentire tentationem:*
1.Cor.10. *rari à tentatione, Dæmoniacum; at ſentire,*
*tentationem , Humanum eſt.*

Et hoc idem erat, quod volebat Apoſtolus
Rom.6. dicebat : *Non regnet peccatum in vobis.* Qu
vellet, juxta doctrinam S. Auguſtini: *Pu*
*peccatum* ; *ſed non regnet.* Tentet vos ini
at non vincat tentatio; adſit inſitque vobis ma
geſtione; ſed non pareatis ei veſtro conſenſu

# CAP. II.

## *De Utilitate tentationum.*

IN tentatione, quâ Dæmon nos infeſtat,
derari poſſunt: Inſtigatio ad peccatum,
ſeu tribulatio, quam in eâ & per eam experim
mus: & utraque confert nobis utilitatem
mentum. Prima *occaſionaliter* , ut cum
camus, præbet nobis occaſionem exercendi a
& virtuoſos tentationi contrarios. Secund

actus namque in ſe bonus eſt, meritorius, ſatisfactorius, & impetratorius, quotieſcunque tentationem cum patientiâ ſufferimus.

Et ut deſcendamus ad particularia: emolumenta ex tentationibus nobis obtingentia non parvo comprehenduntur numero; ſed ad quinque reduci poſſunt capita. Primò ad augmentum gratiæ tàm habitualis quàm actualis. Secundò ad augmentum virtutum, humilitatis præſertim & patientiæ. Tertiò ad acquiſitionem novi gradus Gloriæ. Quartò ad lucrum iteratæ victoriæ & novi triumphi. Et denique ad meritum unius coronæ diuturni & longi martyrij.

Pro declaratione primi tentationis fructus, ait S. Bonaventura, quod, ſicut vitrum obſcurum, ut majoris ſit capax luminis, politur, nitidatur & purgatur: *ita per tentationem purgatur anima, ut majoris gratiæ & gloriæ capax fiat.* Et ratio eſt, quia primâ exceptâ gratiâ quæ dicitur præveniens & excitans, reliquas omnes nobis haud largitur Deus, niſi mediante noſtrâ cooperatione. Quando igitur tentaris, cogita illud eſſe tempus gratiæ, ac Dominum Deum omninò velle, ut tu cooperando Divinæ ipſius gratiæ ad reſiſtendum tentationibus tibi conceſſæ, majoris acquiras augmentum gratiæ. S. Bon. to. 3. proc. relig. proceſ. 4. c. 1

Ubi advertenda, pariterque laudanda eſt ſumma Altiſſimi Providentia, quod Deus ter Opt. Max. utatur Dæmone, ſpiritu iniquitatis, tanquam inſtrumento gratiæ, ejusque operationes ita ordinet, ut tamen attingat intentum ſuum finem ſanctificationis animarum. Unde certo quodam modo dici poteſt, bonum non duntaxat Angelum; verum etiam malum eſſe cuſtodem & promotorem boni ſpiritualis animæ noſtræ. Meritò igitur nobis conſulit, nosque exhortatur S. Apoſtolus Jacobus, ut tentationis tempore gaudeamus & exultemus: *Omne gaudium exiſtimate, fratres, cum in varias tentationes incideritis.* Etenim magnus eſt fructus ſpiritualis, qui mediâ tentatione acquiritur. Epiſt. 1. 5.

Secundus fructus tentationis eſt conſecutio & augmentum virtutum. Eodem namque tempore, quo Dæmon te tentat, & pellicit ad vitium, Deus & Angelus



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bonus te exhortantur ad virtutes : & quemad-
ſinis Dæmonis eſt, ut malæ ſuggeſtionis admin-
cedas ad conſenſum, teque exerceas in diverſis
actibus ; ita vice verſâ finis Dei eſt, ut con-
ſanctæ ejus inſpirationi, variosq; exerceas vir-
vitio, quod tibi ſuggeſſit Dæmon, contrarios. L
advertunt etiam S. S. Doctores, quando-
infeſtaris tentatione alicujus vitij, perſuaſum
nò habeas, Deum velle, ut acquiras habitum
contrariæ. Tentat te Dæmon in fide? ſignum
velle, ut profectum facias, teque perficias in ha-
Tentat te deſperatione? occaſione illa ſollicita-
ut augmentum facias in virtute ſpei. Tenta-
contra charitatem Dei aut proximi infeſtaris
Deus, ut acquiras præfatæ charitatis perfection-

Propterea tempus tentationis meritò dici-
belli, tempus pugnæ, tempus concertandi cum
Nam ſicuti Dæmon omni conatu nos fauciare
vitij motibus : ita nos è contrario omni cura &
eundem virtutum actibus ferire ſtudeamus.
quotieſcunque te vitiis impetit Dæmon, to-
eundem oppugnare, teque defendere debes.
peccatum ſunt arma offenſiva Dæmonis; vir-
tia ſint arma tua non tantùm defenſiva, ſed etiam
ſiva contra eundem Dæmonem. Qualis
miles eſſet exigui adeò ſenſus & cerebri, qui te-
lo, quo eum hoſtis invadit & aggreditur, arma
ſolutisq; manibus ſe ſineret fauciari & occidi
illius Chriſtiani erit dementia, qui ab infernali
inimico ferocibus mortis ictibus, quibus vitam
eripiat, omnem effugii ſpem perdit, virtutum
cendarum abiicit arma? Ab Apoſtolo igitur
conſilium, ut ſemper inveniamur muniti armis
ſunt habitus virtutum. *Induite vos armaturam*
*virtutes*, iisque tempore tentationis pugnem-
Dæmonem. *Vt poſſitis reſiſtere* (*ſcilicet Diabolo*
*malo, id eſt, in tempore tentationis.*

*Epiſt.* 6. *Carthuſ.*

Tertius fructus gloriæ conjunctus & unitus
fructui gratiæ, & cum eâdē proportione merito-
in tentationib. obtentæ ſuccedit Beatitudinis

*S. Ambroſ. ſup luc. ap. D. Bon. tit. 1 Phar. lib. 2. c. 1.*

Quartus fructus tentationis eſt victoria & triumphus. *Tentationē timere non debemus*, ait S. Ambroſius, *eſt enim cauſa victoriæ, & materia triumphorum.*

Præſens vita vocatur Eccleſia Militantium, futura vocatur Eccleſia Triumphantium; hic enim præliamur, pugnamus & vincimus; ibi gaudemus triumpho victoriarum obtentarum. Quod ſi in vitæ hujus termino Triumphantium in cœlo deſideres aſcribi numero, procura in vita annumerari Militantibus, conſtantibus & fortibus, qui vincendo pugnant & decertant. Titulus iſte *Miles glorioſus* nulli de jure competit aut attribuendus eſt in hac vita: meritò tamen attribuetur tibi in altera, quando cœleſte ſubintrans Capitolium recipies coronas, triumphos, laudum encomia, & applauſus tuarum victoriarum, quas de inimicis tuis in terris reportaſti, *Exercete bellum ſperate triumphum.* Jam tempus adeſt fortiter conſtanterque dimicandi: aderit quoque tempus, quo ſumma gaudebis pace & quiete, fruens triumpho: *Audi voces triumphantium: Ubi eſt mors contentio tua? ubi eſt mors aculeus tuus? percuſſiſti, vulneraſti, dejeciſti; ſed vulneratus eſt ipſe, qui fecit me.* q. d. voces audi triumphantium, à morte, quam inimici eorum per tentationes [illegible] fuerant, jam ereptorum: Ubi eſt, O mors, fortitudo tua & audacia? ubi ſunt armaturæ tuæ? [illegible] eſt, quod nos percuſſeris ſauciariſque etiam ad mortem uſque corporalem; at mediante iſta nunc vivimus vita ſpirituali, æterna & beata in cœlo, idque ea de cauſa: priusquàm enim nos tradidiſti [illegible], mortem intuliſti noſtro Redemptori & Salvatori, in cujus meritis triumphamus de te in vera [illegible].

*S. Aug. tom. 10. ſerm. 43. de verb. Dom.*

*Prover. 31*

In portis cœleſtis Paradiſi, inquit Spiritus Sanctus, immortalitatis penicillo, viviſque laudum ac encomiorum coloribus depictæ erunt Sanctorum victoriæ. *Laudent eam in portis opera ejus.* Laudabunt animam [illegible] in portis Paradiſi egregia facta, victoriæque in præſenti vita ab eadem anima reportatæ ad perpetuam memoriam in eiſdem portis deſcriptæ erunt.

Et hæc eſt veræ laudis materia : meritum
virtutis, memoria victoriarum de propriis hoſt
*Cor.c.14.* tentarum. *Et tunc laus erit unicuique à Du*
noſtra non erit in ore hominum, qui non cog
vera laudis merita ; ſed in ore Dei eadem
cognoſcentis. Sanè verum hoc erit gaudium &
rum exultatio, quandò à Deo, ſanctiſſimâque
inſuper & ab omnibus Angelis & juſtis, toties
tribulati & tentati ſtrenuè præliantes hoſtem
rarint, pleno, ut ajunt, ore ſe deprædicari pe
poſt laudum præconia concludent omnes
*Exod.15.* *Cantemus Domino, glorioſè enim magnificatus*
*& aſcenſorem projecit in mare*, Dæmonem,
& mortem.

Hic eſt fructus victoriarum de ſuperatis
bus reportatarum: triumphus cœleſtis curiæ,
Sanctorum encomium, creaturarumque omn
matio & applauſus.

Pro exercitio igitur: quotieſcunque à
tione te moleſtari aut affligi experieris,
ratione Angelus cuſtos tuus tibi adſit & aſſiſt
tando & exſpectando bonum exitum pugnæ
tationis victoriâ, ut eam ſubitò æternis
inſcribat, deſcribatque tanquam trophæum
cœleſtis Paradiſi ad perpetuam ejus memori
ties vinces, toties in cœlo novæ erigentur
dem tuam; at ſi victus fueris, cui pariter
deſcribentur in tartareis Inferni portis ad
confuſionem & ruborem.

Quintus & ultimus tentationis fructus eſt
*Aug. To. 1.* culti cujuſdam & longi Martyrij. Qui opp
*Dom.19.* tentationis causâ, ait D. Auguſtinus,
*poſt Trin.* *pertulerit tribulationes ; omnia ei Dominus*
*Ser. 2. &* *gloriam reputabit. Et non unam coronam Ma*
*Serm.25.de* *plures coronas Deo remunerante recipiet.* Unde
*temp. eodẽ* ut ſolâ patientiâ *& ſine ſanguinis pretio mar*
*Tom.* *tyrium.*
*To.4.q 63.* Hic loquendi modus D. Auguſtini fund
*de novo* ne: etenim ſicut in Martyrio ſanguinis eſt
*Teſt.* ranni oppugnantis fidem, & conſtantia Marty

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[a]ſcendentis: ita in Martyrio ſine ſanguine adeſt tentatio Dæmonis oppugnantis claritatem, & patientia Servi Dei eam conſervantis, dùm fortiter conſtanterque reſiſtit, & non conſentit inimico.

Conſidera ergò, O Chriſtiane, quod, quotiescunque ſtrenuè generosèque reſiſtis tentationibus, etſi non ſis Martyr fidei, Martyr tamen evadis charitatis. Et quemadmodum in præſentiâ Tyranni conſtitutus ſummâ te verecundiâ, vituperio & infamia dignum judicares, ſi vacillare inciperes, deſponderes animum, gradum & greſſum revocares: pari ratione conſidera, non exiguam te incurſurum ignominiæ notam quotieſcunque ad ſingulare certamen provocatus à Dæmone puſillanimem aut vecordem te exhibueris, nec non de Divino diffideris gratiæ auxilio cedendo nec reſiſtendo hoſtis viribus & aſſultui.

Quæ hucusque dicta ſunt in præſenti capite confirmabit exemplum cujusdam optimi Religioſi: qui nonnullis moleſtiſſimis ſenſualitatis tentationibus acriter tribulatus Superiori ſuo (qui ipſum eam ob cauſam valdè afflictum conſpexerat) ſibi dicenti: *Si vis, ô fili, deprecor Deum, ut auferat à te iſtam oppugnationem*, generosè reſpondit: nihil curo, Pater, quia *etſi laborem ſuſtineo, ſentio tamen fructum in me proficere bonum.* Siquidem harum occaſione tentationum eò majorem do operam jejuniis, vigiliis & orationibus: Quapropter ne depreceris Deum, te rogo, ut à me hanc tollat tentationem; benè quidem, ut mihi ad eandem evincendam ſuperandamque elargiatur vires. *Ex lib. SS. PP. § 7.*

# CAP. III.

## *De Mediis pro ſuperandis Dæmonis te- tionibus, ac primò de ſancta Fide.*

NUlla in toto terrarum orbe ſcientia mag ſaria, nec ars reperitur utilior ea, qua yit benè dimicare cum communi noſtro Ad ejusque tentationes evincere. Quapropter mus modò de quibusdam mediis ad hunc fin ducentibus.

Ac primum quidem locum inter hujusmod obtinebit ſancta Fides, armatura, utpote, pot & defenſiva & offenſiva contra inimicos noſtro
1. Pet. 5. poſtolo Petro nobis propoſita: *Cui reſiſt*
1. Ioan. 5. *Fide*, nec non à S. Apoſtolo Joanne: *Hæc e quæ vincit mundum Fides noſtra.*

Gerſ. Tõ. 3. Quocirca, ut benè notat Gerſon, in hunc
trac. 8. ſup. omni cum diligentia collimat Angelus Cuſto
Mag. 49. *Vt oculum fidei, quo videmus ultimum noſtru Deum, apertum teneamus.* Quemadmodum trario, ſubjungit idem, Dæmon omni conatu ut oculum fidei teneamus occluſum, & ocul apertum.

S. Auguſtinus ſupra verba illa Luc. 22.
S. Aug. *orate ne intretis in tentationem*, ait: *Quid e*
ſerm. 36. de *tationem intrare, niſi à Fide exire?* non qu
verb. Dom. habitu; ſed ab exercitio & uſu Fidei, cùm oculum Fidei non tenemus apertum; ſed Unde ſubdit idem S. Doctor dicens, augmentu tionis Fideique defectum pari ambulare gra eadem proportione, ut quantum acceſſit uni, deficiat & decreſcat altera: *In tantum tentatio in quantum Fides deficit: & in tantum Fides def quantum tentatio proficit.*

Ratio hujus eſt, quia per Fidem Deum conſide præſentem, ſanctiſſimam Virginem, cunctos Sanc

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cœli Angelos: Paradiſum apertum, ad quem ſancta inſpiratione mediante nos invitat Angelus cuſtos noſter: Infernum apertum, in quem nos pertrahere ſatagit Dæmon diabolica ſua tentatione.

Conſiderat inſuper Fides, qua ratione in Deo comprehendatur totum bonum (& cum infinito exceſſu) quo pariter Dæmon nos allectare poſſit. In Deo eſt omne bonum, omnis voluptas & delectatio, omne gaudium: continet enim infinitum bonum, infinitam voluptatem, & infinitum gaudium: *& nemo dat fontem propria.* Unde Fides, ut inquit D. Auguſtinus, reſpondet Dæmoni tentatori: *Dulcis eſt delectatio; ſed dulcior eſt Deus; malus eſt dolor temporalis: ſed pejor eſt ignis æternus. Habes, quod ames pro Mundi dulcedine: habes, quod timeas pro inferni terroribus.*

*S. Aug. ſerm. de uno Mart.*

Concludit deinde Auguſtinus. Quando tentaris: *Non ſit ante oculos tuos peccati delectatio, ſed damnatio.* Noli mentis cogitatu hærere in apparenti delectatione tentationis; ſed venenum, quod ei ſubeſt, culpæ, damnationisque æternæ penetra, & perſcrutare.

[illegible] cum hujusmodi reſponſo quaſcunque tentationes facile repellere, vincere, ſeque tueri poteſt anima. Siquidem juxta doctrinam S. Auguſtini duæ dantur omnium peccatorum ſcaturigines: *Aut eſt voluptas alliciens, aut dolor impellens.* Aut Dæmon proponit tibi objectum tibi objectum aliquod delectabile, quo te inducat ad malum; aut objectum quoddam horrendum & terribile, quo te terreat, vel prorsùs retrahat à bono. Utrique propoſitioni plenè planèque ſatisfacit præfata S. Auguſtini reſponſio. Verum, ut coronidem imponam huic Fidei remedio, advertendum, & eſt res magni momenti ac emolumenti in vita ſpirituali; quod, ſicuti neceſſarium eſt exercitium Fidei: ita viva ſit Fides virtuteſq; Spei & charitatis habeat comites, neceſſe eſt: ut non credamus duntaxat in Deum, ſummam Veritatem, verùm ſperemus quoque in Deum, ſummam Potentiam, nec non amemus Deum, ſummam Bonitatem: minimè tamen neceſſaria eſt Fidei experientia & experimentum. Etenim ſatis erit, ut exerceatur actus Fidei in ſubſtantia virtutis cum ſua obſcuritate, abſque aliis ſignis & effectibus ſequentibus.

Ita

*S. Bern. ſerm. 5. in Quad.*

Ita conſulit S. Bernardus : *Judicium Fidei* ... *ille , ſequere , non experimentum tuum.* ... *Fides quidem verax , experimentum fallax* : ... dere in via Dei juxta lumen & judicium Fidei , ... ductus judicio , ſenſu & experimento : illud ... certum & ſtabile , hoc fallax & mutabile. ... gratia. Tale eſt judicium & doctrina Fidei : ... ſummum Bonum , & ultimus Finis : & ... Bonum ſupra omnia amari debet : ad Deum ... ad ultimum finem omnia noſtra ordinanda & ... da ſunt. Et ſecundum hanc regulam, ſive ... ſit affectus noſter & judicium , nos gerere ... re debemus

*S. Bon. to. 2. de proc. Relig. proce. 4. c. 1.*

Hic eſt finis , ſubjungit S. Bonaventura , ... nonnunquàm ſubtrahat conſolationem ſuam ... deſerat in ſtatu tenebrarum & deſolation... *diſcamus potiùs inniti veritati Fidei &* ... *quàm propria experientia* , & devotion... ctui.

*Apud S. Bern. to. 3. ſerm. 9. n 3.*

Multùm inſeruit propoſito , altamque ... tinet doctrinam , quod ſcripſit cuidam ... Religionis ſuæ alumno Beatus ille in vita ... apprimè illuminatus , & ex humilitate ſua ... Giacopone , in hunc modum diſcurrens : ... *reputavi & reputo ſcire de Deo* , Divinis... tionibus , *abundare, quia*, eò ipſo, quo ... ſe cognoſcit indignam , *exercetur ibi Hum... Reverentiâ ; ſed majus reputavi & reputo ... nare & penuriam pati , quia exercetur ibi ... teſtimoniis , Spes ſine exſpectatione præmij , ... ſine ſignis benevolentiæ. Et fundamenta ... tibus ſanctis.* Hæc, nimirum, illuſtrium ... fundamenta ſunt, per quæ aſcenderunt ... montem ſanctum perfectionis ... & cœli.

# CAP. IV.

## *De alio Medio Humilitatis.*

POtentiſſimus clypeus, quo adverſus inimicos noſtros generosè decertemus, eorumque tentationes explodamus ac ſuperemus, eſt virtus Humilitatis. Quapropter à Climaco vocatur *Turris fortitudinis à facie inimici*, qua illæſi & liberi evadimus ab hoſtium noſtrorum jaculis. *Climacus grad.30.* *Pſal.88.*

Verùm, ut virtus Humilitatis hunc cauſet effectum, nonnullas requirit conditiones. Prima eſt, ne ſit vilis & puſillanimis; ſed alta & magnanima. Humilis totus de ſeipſo diffidere; at totus pariter in Deo confidere debet: & ſubintrando in potentias Domini, de illius conſtantia & fortitudine participet, oportet, qua non ſolùm tentationi reſiſtat, & non peccet; ſed etiam certo quodam modo evadat inſuperabilis & impeccabilis. Ita affirmat S. Apoſtolus Joannes his verbis: *Qui natus eſt ex Deo, non peccat, nec peccare poteſt*, q. d. Qui tanquàm filius Dei confidit in potentia Dei, in quantum munitus hoc ſpiritu, qui eſt ſpiritus Dei, operatur, nec peccat, nec peccare poteſt. *S. Ioan. epiſ.1.c.3.*

Eandem hanc magnanimitatem cum charitate & amore in Deum conſulit Spiritus Sanctus: *Conjungere Deo, & ſuſtine*, legunt alij: *Conglutinare per gluten Charitatis & Amoris.* Quando tentaris, à teipſo per Humilitatem te ſepares, ſed Deo indiſſolubili charitatis nexu te unias, neceſſe eſt. Hoc vinculo ligatus Paulus dicebat, nullam in Mundo tentationem repertam fuiſſe, quæ ipſum à charitate CHRISTI ſeparare voluiſſet. *Quis me ſeparabit à Charitate CHRISTI?* tribulatio, an anguſtia, &c. *Eccleſ.c.2.* *Rom.c.8.*

Neceſ-

Neceſſaria quoque eſt Humilitas magnanim
ſpiciendum & vilipendendum Dæmonem, qui
Iob. 4. gorio ſuper illa verba Job: *Tigris (vel ut ali
Myrmicoleon) periit, eò quod non habeat prædam
Formicoleon, id eſt Leo & Formica ſimul.
conſentientes fortis eſt, ut leo, & contrariſ
ut Formica.* Hoc ipſo, quod à Christo
Coloſ. 2. morte victus ſuccubuit. *Triumphans illos*
In quem etiam finem permiſit ſe tentari
S. Chryſol. ſerm. 21. veluti notat Chryſologus: *Vt à Chriſto vi
Chriſtianis.* Et S. Hieronymus: *Vt ſuis diſcipulis
S. Hieron. in ep. 8. Ap. Rom. c. 8. conculcandum.* Et adjungit Apoſtolus: *Vt
thanam ſub pedibus veſtris velociter.*

Hæc igitur ſit prima conditio Humilitatis,
nimitas. Sancta que combinatio, Humilitas
nima, Magnanimitas humilis: quod idem
Humilitas & Charitas ſeu Amor in Deum.
Grad. 30. *biga*, ait Climacus, *Charitas & Humilitas.
hæc exaltatos, ne unquàm decidant, tenet.* San
id eſt currus duarum rotarum, Charitas &
litas.

Secunda conditio Humilitatis eſt, ut ſit
in paſſionibus: etenim per hoc, quod ita ſit
è manibus Adverſarij ſurripiuntur arma.
Naz. Orat. 1. *metipſis tanquàm armis in noſtram perniciem*
tur Dæmon paſſionibus noſtris tanquàm
ad nos tentandos.

Tertia conditio eſt, ut ſit grata in receptione
ficiorum. Siquidem vera Humilitas,
Sancti D. D. non eſt cœca, ſed illuminata
gnoſcendis donis, quæ à Deo recipit, ut Divina
ſtati gratias agat, eique gratam ſe exhibeat.
mum quidem eſt beneficium in præſenti
quoties enim victor evadis in aliqua tentatione
ties tibi à Deo datur gratia efficax, è qua
victoria.

Quarta eſt, mentis conſideratione in Deum
ſit, oportet. Ut in luce Divina diſcooperiantur
inimicorum artes & inſidiæ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quinta & ultima conditio eſt, ut ſit depreſſa in propria cognitione, quatenus gloriam victoriæ & triumphi de inimicis infernalibus reportati totam aſſcribat Deo, nequidem minimam partem illius ſibi attribuens.

Et hæc eſt perfecta Humilitas, quæ non tantùm impugnat, verum etiam expugnat inimicum & in omni tentatione vincit & triumphat. Humilitas, inquam, quæ eſt ardens in charitate, mortificata in paſſionibus, grata ob accepta beneficia, ſublevata in Divina contemplatione, depreſſa in propria cognitione.

Arma hæc perfectæ Humilitatis (vel, ut meliùs dicam hoc armamentarium quinque armorum, quæ ſunt præfatæ virtutes) in eminentiſſimo gradu habuit Sanctiſſima Virgo, quorum cauſa non fortis duntaxat contra quaſuis extrinſecas inimici tentationes; verùm etiã verè ac propriè impeccabilis evaſit, uti alibi dictum eſt.

Fuit in Virgine, quemadmodùm docet S. Bernardinꝰ: *Primò ardor Charitas. Secundò, mortificatio ſenſualitatis. Tertiò ſenſus maternitatis. Quartò objectum Divinitatis. Quintò aſpectus nihilitatis.* Semper enim Deo unita erat per amorem, ſemper pars inferior perfectè ſubordinata erat ſuperiori. Continuò inſuper propriam Maternitatis dignitatem præ oculis conſiderabat, habebat, ſummèque appretiabatur, ac proindè de eadem Deo gratias referebat, indignam ea ſe agnoſcens, non aliter, ac *quando* (ut inquit idem S. Doctor) *pauperculam vilem potens Rex eligeret in conjugem, vel in matrem.* Denique, Virgo *habuit objectum Divinitatis, & aſpectum nihilitatis: quia continuè habebat actualem relationem ad Divinam Majeſtatem, & ad propriam nihilitatem.* Hiſce igitur perfectæ Humilitatis armis, ad imitationem Virginis, vincemus ſemper, ac de inimicis noſtris triumphabimus.

*S. Bern. to. 2. ſerm. 51. c. 2.*

# CAP. V.

## *De Tertio Medio, quod eſt Oratio.*

NOn eſt dubium, medium potentiſſimum & cifſimum, quo contra feroces hoſtium aſſultus & tentationes nos defendamus, eſſe nem. Unde, juxta D. Auguſtinum, ad ctum haud ſufficiunt virtutes Fidei, Spei, tatis, niſi robotentur ac conſerventur ab *Per hanc* (ait S. Auguſtinus) *quidquid Spes cumulat, Charitas decorat, continua ſervatur.*

*S. Aug. ſer. de orat. & Iejun. tom. 10.*

Quamobrem Salvator noſter hoc conſilium discipulis ſuis: *Orate, ne intretis in tentationem*. Divino oraculo inſiſtens ſummus Pontifex docebat fideles verum modum pugnandi, prælio tàm materiali, quàm ſpirituali *Ferro hoſtis impugnetur, & cœlum precibus* q.d. Vis impugnare adverſarium tuum? expugna Deum tuum.

*Matth. 26.*

Non ſine myſterio, ut notat S. Auguſtinus, jungit Spiritus Sanctus bibere Calicem Paſſionis oratione & invocatione Nominis Dei (*Calicem tarie accipiam, & Nomen Domini invocabo*), namque ſine altero obtineri nequit: ſi non ficere, Divinum invoca auxilium. *Qui ergo Dominum non invocaverunt, de ſua fortitudine ſumpſerunt.*

*S. Aug. in Pſal. 102.*

Hinc Oratio à Sanctis appellatur *Munimen ſubſidium peccatoris, Flagellum Dæmonis, tatione, Conſummatio Martyrij.* Graviſſimæ tiones erant, quas ſuſtinuerunt Sancti Martyres *per orationem*, inquit Auguſtinus, *beata conſummarunt.*

*S. Bona. in ſpecul. diſc. c. 6. tom. 2. S. Aug. tõ. 10. ſerm. de Orat. & Iejun.*

Pro veritatis hujus declaratione plurimæ adduci
poſſunt rationes; ſed duæ ſolæ ſufficient. Prima Theo-
logica, quam hic allego ſolum, & eſt hæc: quia non
ſuper ad ſuperandas tentationes habemus gratiam Dei,
non efficacem duntaxat, ſed nec ſufficientem. Habemus
tamen ſemper gratiam, quâ poſſimus orare ad impetran-
dam gratiam neceſſariam, quâ valeamus reſiſtere & non
conſentire tentationibus: juxta doctrinam S. Auguſtini,
quam ſequitur Cardinalis Bellarminus; aſſerentis, quod *Bellar. lib.*
*Deus impoſſibilia non jubet; ſed jubendo vel dat, ut poſſis,* *de nat. & Grat.*
*vel monet, ut poſſis.* Ex quo ſequitur, Orationem non
tantum utilem eſſe in tentationibus; verùm etiam
omnino neceſſariam; nam abſque eâ non habes
vires, quibus tentationi reſiſtere valeas, veluti di-
ctum eſt.

Secunda ratio eſt S. Chryſoſtomi: quia Oratio alas *S. Chryſoſt.*
addit animæ, *ut quodam volatu in cœlum feratur.* Quo *Hom. 8. in*
uſque Dæmon attingere, ſeſeque ſublevare nequit, *epiſ. ad Rõ.*
cum ei neſint pedes, nec alæ; ſed *per terram trahitur,*
*ſerpentis formam gerens.* Et ſecundùm S. Auguſtinum, *S. Aug. in*
ſuper evolat ad cælum, non in eo perſiſtit; ſed ſubintrat *Pſal. 30.*
in Deum, & intra Divinitatem, quæ eſt vultus & facies
Dei, ſe abſcondit, juxta dictum Prophetæ: *Abſcondes*
*eos in abſcondito vultus tui.*

Et hæc eſt cauſa, cur Job in tot tantiſque tentatio-
nibus Dæmonis ſemper reportarit victoriam, ac tan-
quam inſenſibilis ſteterit: quia *erat in abſcondito vultus*
*Dei.* Abſconditus erat in vultu Dei, intra Divinita-
tem Dei.

O altiſſimum refugij locum, *ad quem malum non*
*accedit!* O fœliciſſimum Divinitatis habitaculum! *Pſal. 90.*
Beatus, qui in illo commoratur, in illo habitat, in illo
vivit!

Divinitas reddit Deum incapacem paſſionis etiam ab
extrinſeco, unde aſſerit Seneca: *Divinitas ponit Deum* *Senecæ.*
*extra ictum.* Simili quodam modo inſuperabilem quaſi
tentationibus illum efficit, qui habitat in Divinitate,
conditionem illius participans.

Ulteriùs, Divinitas reddit Deum immobilem à bonis
externis: Cum enim in ſe comprehendat *omnem plenitu-*

*dinem Bonitatis*, ideò extra ſe nullum proviſi[illegible] bonum, à quo moveri poſſit. Ad eundem mod[illegible] ma, quia in Divinitate Dei ſui omne poſſidet b[illegible] haud timet ſe motum iri à Dæmone propoſit[illegible] rius boni creati.

Denique, Divinitas ipſi Deo ſumma qua[illegible] finita lux eſt, in qua omnia, ut in ſe ſunt, conſpic[illegible] ullâ deceptione & errore. Ita, qui habita[illegible] de eodem participat lumine, & res, ut in ſe[illegible] gnoſcit, nec decipi poteſt à fallacibus Dæmon[illegible] rentiis.

Ex hucuſque dictis ſequitur concluſio qua[illegible] neceſſaria, quod, ſicut duæ reperiuntur [illegible] humana, videlicet & Divina: ita quoque [illegible] habitationes, humana una, quæ eſt in nob[illegible] dùm proprium conſideramus & amamus com[illegible] altera Divina in Deo, cùm cogitamus & dilig[illegible] vinas perfectiones Divinæ pulchritudinis & [illegible] Et quemadmodum habitantes in nobiſmet[illegible] per vincimur, & vincemur à Dæmone; [illegible] do in Deo ſemper victores erimus, & [illegible] bimus.

*In ej^9 vita.* In cujus veritatis notitiam etiam devener[illegible] unde Plato dicere ſolebat. *Ut mala vitemus,* [illegible] *nus eſt Mundus, ad æterna confugiendum.*

*Pſal.* 30. Quapropter ſemper Divinam exorabis M[illegible] *Eſto mihi in Deum protectorem, & in Domum* [illegible] O Deus meus, Protector meus, nec volo, [illegible] aliam refugij domum præter te: ad te re[illegible] te me abſcondo: Anima mea generoſæ [illegible] læ deſiderat *ponere in Sublimi* Divinitatis [illegible] *ſuum.* Vel, *Miſericordias Domini in æter*[illegible] *tabo*, propter victorias mihi conceſſas contra [illegible] meos.

Verùm, ut magis deſcendamus ad praxin, [illegible] primùm advertis quandam inimici tentationem [illegible] mentem ad Deum, ſublevando te binâ [illegible] tionis alâ propriæ, videlicet, miſeriæ, & [illegible] cordiæ Redemptoris, veluti docet S. Bona[illegible] Adhæc notat S. Auguſtinus hoc remedium [illegible]

*S. Bon. ſpec. diſc. c. 6. to. 2.*

ſine morâ capiendum eſſe ; quod ſi enim negligentiâ correptus eodem uſus fueris, fortè tentatio prævalebit, nec eam ſuperabis , aut ſanè magnâ cum difficultate. Quod idipſum declarat exemplo carbonum ab igne accenſorum , qui , ſi manu apprehenſi , ſine mora illicò abiiciantur , nullum inferunt nocumentum aut damnum ; aſt ſi quopiam temporis intervallo retineantur ; tametſi poſteà proiiciantur , non remanebit tamen manus inoffenſa & ſine læſione. *Quomodo enim, quando aliquis carbones ignis apprehendit , ſi eos citò proiecerit, nihil nocebit. Si verò diutius tenere voluerit, ſine vulneribus vitare non poterit.*

# CAP. VI.

## *De Quarto Medio , quod eſt Devotio erga Sanctiſſimum Sacramentum.*

INter alios quamplurimos & varios effectus , quos profert & cauſat Sanctiſſimum Sacramentum in animo dignè illud recipientis , numeratur quoque virtus & fortitudo , quam nobis communicat in tentationibus contra inimicos noſtros. Hanc ob cauſam Sacroſancta Euchariſtia dicitur à S. Bonaventura : *Armatio contra Diabolum,* à S. Thoma: *Fuga Dæmonum,* à S. Hieronymo: *Cibus fortium.* Etenim nos fortificat, ac neceſſariis inſtruit armis contra noſtros inimicos, ſimulq; deturbat & fugat omnes.

*S. Bonô. de præp. ad Miſſ. c. 5. S. Tho. op. 58. c. 21. S. Hier. in Pſ. 22.*

Ratio, quæ etiam adducitur à S. Thoma, cur, nempè, venerabile Sacramentum hunc cauſet effectum , eſt, quia conveniens & congruum eſt , ut , ſicut principium mortis incepit à cibo mortis , qui fuit pomum vetitum ; ita principium vitæ ducat originem ſuam à cibo vitæ corporis Chriſti in ſanctiſſimo Sacramento : *Sicut initium mortis cœpit à cibo vetito ; ita principium vitæ à cibo vitæ Corporis Domini.*

*S. Th. opuſ. 58. c. 6.*

Per cibum, qui fuit pomum ſcientiæ boni & vicit Dæmon: & per alium cibum, in quo cont *omnes theſauri Sapientiæ & Scientiæ Dei*, vincitur ratur. Et ſi ille nobis datus fuit per Evam, ministratur nobis per Mariam. Per illius eſum inflicta fuit mors: per hujus pariter eſum cum Fide communicatur nobis Vita. In illo tandem Dæ mon triumphavit de homine: in hoc homo triumphat de Dæmone. O cibum infinitæ potentiæ, æterni victoriis ac triumphis celebrem! Verè tu es *Domini*, quo inſtructi reſiſtimus, vincimus, & triumphum ducimus de inimicis noſtris.

Aſt videamus, quâ ratione hic panis cœleſtis in anima effectum tantæ fortitudinis & virtutis modis nos corroborat, ac fortificat: debilitando vando vires inimici, fortificando noſtras, & op nobis in eodem conflictu.

Quantùm ad primum modum, omninò cer nec dubium, quin, uti ſupra diximus, fo rum paſſionum malè mortificatarum Dæmon pugnet & expugnet. Unde contingit, quod cum pane mortificante ac debilitante paſſiones noſtras bilitet quoque & enervet vires Dæmonis, ut communi fertur adagio; arma ei in manu

S Bon. to. 2. de præp. ad Miſſ. c 5.

Quamobrem à S Bonaventura appellatur cœleſtis panis *Fomitis mitigatio*, quia mitiga ratur noſtræ ſenſualitatis fomitem, & directè diatè, temperando ſuperfluum calorem, spiritus, refrenando imaginativam: & etiam ac mediatè, augendo virtutes contrarias, temperativas, tollendo occaſiones mali, occaſ boni promovendo. Hic eſt primus modus inimicum, cùm nimirùm, quaſi arma ei ſurripimus, mortificamus ac ſpiritui ſubjicimus ſenſualitatem.

Secundus modus, quo concurrit venerabile mentum eſt, fortificatio virium noſtrarum ſpiri

S. Aug. to 4 li. 83. qq q 36 S. T. 3. p q 79. ar. 6.

& augmentatio habitus gratiæ & gloriæ, prius effectus hujus Diviniſſimi Sacramenti, *tum Charitatis diminutio eſt cupiditatis.* Quod

S. Thomas: quia hoc Sacramentum eſt inſtitutum per modum cibi, ergò ſicut cibus materialis intrinſecè corroborando vivens, illud liberat à morte: ita Sanctiſſimum Sacramentum, cibus ſpiritualis operatur vitam ſpiritualem animæ. Inſuper nos fortificat, veluti ſubdit idem S. Doctor, in quantum eſt ſignum Paſſionis Chriſti: per quam, *Et victi ſunt Dæmones, & repellit omnem Dæmonum impugnationem.*

Tertius modus eſt, cùm nobis ſuccurrit opitulaturq; eodem tentationis tempore. Nam in virtute Sanctiſſimi Sacramenti, occaſione iſta, communicantur nobis *ſpecialia auxilia ſupernaturalia*, qui ſunt proprij effectus hujus Sacramenti, quibus noſtris inimicis reſiſtere, eosque in fugam convertere valemus.

Unde non ſine ratione te commonet S. Bernardinus: quandò cœleſti quapiam conſolatione effectus es dignus, quando fortem viribusque potentem te expertus contra hoſtes: *Gratias age Corpori & Sanguini Domini, quoniam virtus Sacramenti operatur in te.* *S. Bern. ſerm. in cœna Dom.*

Ex hucusque dictis evidenter colligitur, quàm neceſſaria ſit devotio erga ſanctiſſimum Sacramentum, ut victores abeamus in tentationibus noſtris. De quibus dicere poſſumus, quod de Martyrio dicit Cyprianus: *Idoneus eſſe non poteſt ad martyrium* (dicamus nos, *ad pugnam tentationis*) *qui ab Euchariſtiâ non armatur ad prælium: & mens deficit, quam non recepta Euchariſtia erigit & accendit.* *S. Cypr. epiſ. 54.*

Quare, ut Divini hujus auxilij ſecurum te reddas, ſimulque pro praxi ſequentia tibi obſervanda ſunt.

Primò, Frequenter ſacrâ te reficies Synaxi cum omni puritate & ſanctitate.

Secundò, Quaſi ſemper communione ſpirituali te communies, & affectu & meditatione mentis occupando te in amore & deſiderio Sanctiſſimi Sacramenti.

Tertiò, Quandò in te inſurgit aliqua tentatio, invoca ſubitò noſtrum Regem & belli Ducem Chriſtum in ſpeciebus ſacramentalibus, illam uſurpando orationem, quâ utitur Eccleſia, dicendo:



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Thom.

*O ſalutaris Hoſtia,*
*Quæ cœli pandis oſtium,*
*Bella premunt hoſtilia,*
*Da robur, fer auxilium.* aut ſim-
lem.

Quartò, Cùm in tentatione obtinueris vict-
riam, gratias age Sanctiſſimo Sacramento, quo-
*niam virtus illius operatur in te*, veluti ſupra
fuit.

Denique, Poſtulabis à Diviniſſimo Sacram-
niam negligentiæ, quâ ſanctæ ejus gra-
ſpondiſti.

# CAP. VII.

## *De Quarto Medio, quod eſt recurſus ad & Vulnera Chriſti.*

S. Auguſt. Man. c. 22.

I*N omnibus adverſitatibus meis*, inquit S. Aug-
*non inveni tàm efficax remediũ, quàm vulner-*
*Parat mihi inſidias Diabolus? fugio ad viſcera*
*Domini mei, & fugit à me.*

Hoc igitur optimum eſt remedium. Q-
taris, recurre ad Plagas Chriſti, quæ ſunt, vel-
turres fortiſſimæ & altiſſimæ, quò pertinge-
hoſtium noſtrorum ſagittæ & jacula: ſunt
quinque Civitates refugij, ad quas Adve-
ſtris nullus patet aditus: ſunt inſuper qu-
mamentaria, in quibus anima cunctis inſtru-
tàm defenſivis, quàm offenſivis ad pugna-
ceſſariis.

Manu. c. 21

Verùm, unde tanta animæ provenit fo-
memoriam vulnerum Chriſti? Reſpondet S.
ſtinus, quia in vulneribus, & ex vulneribus
recipit anima *multitudinem dulcedinis*, *ple-*
*gratiæ, perfectionem virtutum.* Primò, m-
*dulcedinis.* Hoc enim proprium eſt vulneribus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[inq]uit S. Bonaventura, quod *nimius dolor nimium dulcorem* [in]duxit, & quod eſt dolor Chriſto, hoc idem nobis eſt [c]onſolatio: ſiquidem Paſſio Chriſti eſt gloria noſtra: [m]ors Chriſti eſt vita noſtra. Cùm igitur anima conſi[d]erationis pedibus ſubintrat Chriſti vulnera, devotè [n]imirum conſiderans inæſtimabiles fructus ſacrorum [v]ulnerum, quæ ſunt gloria noſtra, Chriſti & Dei, [n]on poteſt non adimpleri ineffabili conſolatione & gaudio. *S. Bona. ſtim.c.1.*

Secundò recipit anima ab iisdem plagis plenitudi[ne]m gratiæ. Sunt etenim veluti fodinæ Divinæ gratiæ: qui ergò ibidem contemplatione & affectu fodit, de ple[n]itudine participat ejusdem gratiæ.

Tertiò ditatur quoque perfectione virtutum, tàm [pr]opter merita, quam propter exemplum earundem [v]irtutum Chriſti.

Quartò alia quædam ratio adduci poteſt etiam ex parte Dei. Nam adeò ratum & gratum habet Pa[t]er æternus, ut recolatur memoria vulnerum ſui [d]ilecti Filij, ut in compenſationem iſtius memo[r]iæ, animæ eas, quas expoſtulat, communicet gratias, eique elargiatur victoriam contra hoſtes ſuos.

Quintò adeſt ultima ratio ex parte Dæmonis. Quia, ſicuti à vulneribus prima vice devictus fuit in Chriſto; [it]a ab iisdem ſuperatur in nobis.

Sed ut ad exercitium practicum veniamus. Quandò [c]ontra te inſurgentem experieris tentationem, memoria re[c]urres ad ſacra Salvatoris vulnera, penitiori mentis acie [c]onſiderando in illis hæc duo verba à D. Auguſtino [p]ropoſita.

*Tene iſta duo: Quid & Quare. Quid paſſus eſt, & Quare:* contemplando *Dolorem Chriſti & Amorem.* *Tom. 8. Pſal. 21.* [S]imulque firma voluntate te præpara *ad ſuſtinendum pro [am]ore Chriſti omnem dolorem, & ad contemnendum pro [am]ore Chriſti omnem amorem.*

Poſita hac præparatione, & conſtituta anima in hac [d]iſpoſitione, quis non videt, eam adeò contra ho[ſt]em armatam & munitam, ut quaſi reddatur inſupe[ra]bilis & invincibilis? Duabus namque viis & modis,

ut docet S.Auguſtinus, & ſupra innuimus, ten-
mon: aut alliciendo amore, aut incutiendo
Primæ tentationi reſpondet, vincitque conſi-
amoris Chriſti, nec non propoſitum ſpernendi
omnem alium amorem; ſecundæ tentationi co-
det alia conſideratio doloris Chriſti cum propo-
*S.Ioa. ep.1.* ferendi pro eo omnem dolorem. *Hæc eſt v-
ctoria, quæ vincit Mundum,* & principem Mundi
Diabolus, *Fides noſtra.* Fides viva vulnerum C
modo jam dicto.

# CAP. VIII.

## *De Sexto Medio, quod eſt Invoc- B. Virginis.*

PEr mulierem, quæ fuit Eva, vicit Dæmon
aliam, tanquam ejus antitheſin, quæ fuit
*S. Bern.* devictus & ſuperatus fuit. *Vt qui vicerat per*
*ſuper miſſ'* *vinceretur per ipſam.* Per Evam filij Adam
*eſt. Hom.2.* mancipia: per *Mariam* de Dæmone triumph
*autem gratias, qui dedit nobis victoriam per*
*1.Cor.15.* & ulterius *per Mariam.* Igitur Maria vicit,
Dæmonium & per ſe, & per nos: & nos in M
efficimur victores.

Habet hanc poteſtatem Virgo Deipara ob
tiones: Prima, quia eſt Regina Angelorum,
& præcipit illis, & ſubitò obſequuntur ei.
Dæmonibus, ut recedant, nec ullam nobis
moleſtiam, & trementes obediunt: manda
ut nobis opem ferant, noſtri ſuſcipiant curam
ſionem, & prompti nobis ſuccurrunt. O Virgo
tiſſima, nulla eſt creatura, quæ à tuo ca
*S. Bern.* dominio, *Quia Mater effecta es omnis creaturæ*
*ſerm.3 c.2.* propter te precamur cum devoto tuo Bon
*S.Bon.Spec.* *Compeſce Dæmones, ne nobis noceant: præcipe*
*B. M. c.10.* *ut nos cuſtodiant.* Infirmos & debiles adm

agnoſcimus, at tu es *debilitatis noſtræ potentia*, valor noſtri languoris, & ſpei noſtræ fundamentum. *Benedicta es, Virgo Maria, & verò Benedicta: Benedicta, quia per te Deus homini placatur: Benedicta, quia per te homo Deo gratificatur: Benedicta, quia per te Diabolus ab homine fugatur*, nec nos tentare auſus eſt.

*S. Germ.*
*S. Bona. in Spec. B.V. c. 12.*

Altera ratio (& eſt principalior) hujus poteſtatis B. Virginis eſt, quia eſt Mater Chriſti. Nam, ut docet S. Bernardus, eſt Mater Chriſti, qui eſt principium Spiritus Sancti: Cùm igitur habeat authoritatem ſupra Chriſtum, tanquàm Filium, fit proinde, ut certo quodam modo habeat etiam authoritatem ſupra Spiritum Sanctum, nec non ſupra omnia dona gratiæ. Unde juxta beneplacitum ſuum, cui vult, & quomodò vult, diſtribuere poteſt gratias Divinas.

*S. Bern. to. 1 ſerm. 92.*

Et quemadmodum Pater æternus in Sanctiſſima Trinitate, in quantum eſt principium Filij, eſt etiam principium Spiritus Sancti, in quantum Spiritus ſanctus procedit à Filio (unde docent Theologi, duobus modis Patrem eſſe principium Spiritus ſancti, & *immediatè* per ſeipſum, & *mediatè*, nempè, per Filium) Ad eundem modum cum proportione quadam de ſanctiſſimâ Matre dici poteſt, quod, in quantum eſt Mater Filij, qui eſt principium ſpirativū Spir. S. accipiat certam quandam authoritatem ſupra dona Gratiæ. Et, ut utar verbis S. Bernardini; *Habuit quandam juriſdictionem (ut ſic dicam) ſeu auctoritatem in omnes temporaneas proceſſiones Spiritus Sancti.*

*S. Bern. to 1. ſer. 52. cit.*

Unde in eodem Divinitatis ordine, in unâ & primâ ſerie conſiderare poſſumus Patrem, Filium & Spiritum Sanctum: in aliâ & ſecundâ ſerie Matrem, Filium & Spiritum ſanctum: quia *Mater eſt comparentalis æterno Patri*: ſunt principium ejusdem Filij, qui eſt principium Spiritus ſancti. Et ſicut gloria datur Patri æterno, in quantum eſt Pater æterni Filij; ita deferenda eſt gloria Matri, in quantum eſt Mater ejusdem Filij. Et ſi cantatur ab Eccleſia: *Gloria Patri, & Filio & Spiritui Sancto*; eidem quoque cantare licebit: *Gloria Matri, & Filio & Spiritui Sancto.*

*Carthuſ.*

Hic eſt primus locus, tibi, Virgo Sacratiſſima, in [...] ſiſtorio Sanctiſſimæ Trinitatis intra Divinitatem, [...] quodam modo, in eodem loco Patris debitus, [...] Matri illius Filij, cujus idem Deus eſt Pater. [...] eminentia te contemplor, in Divinitate illa te a[...] iſta Majeſtate coram ſacris pedibus tuis proſterno [...] le tributum cordis mei

Quod ſi igitur B. Virgo, tanquàm Mater C[...] tanquàm Divina Mater magni Dei, eſt etiam [...] gratiæ; mediante eadem gratia nos corrobora[...] ficat præliantes contra inimicos noſtros, eorum [...] tundit enervatque vires. *Gratias ſemper Deo, [...] nobis victoriam per Mariam.*

Vidimus poteſtatem Virginis, obligationem [...] tum noſtræ correſpondentiæ videamus.

Tria ſunt, quæ Dæmones verentur & timent [...] gine, unde aterriti convertuntur in fugam, [...] cedere audent nos tentaturi, nempè, *Mari[...]*

*S. Bona. in ſpec. c. 3.* *bulum*, ſeu ſanctiſſimum Nomen, *patrocin[...] exemplum.*

Primò timent Nomen: ſiquidem in iſto rec[...] illius Chriſti ſententiæ: *Ipſa* (loquendo de V[...] *conteret caput tuum.* Iſto namque media[...] Nomine experiuntur vires meritorum ac virtu[...] maximè Humilitatis. Et denique, quia ſic De[...] ut ad ſonum ſanctiſſimi illius Nominis cuncti [...] & obediant.

*S. Anſelm' de B. V. c. 12.* Secundò timent Patrocinium, quia eſt virgo [...] tiſſima in protectione ſuorum devotorum: [...] poteſt, quod vult. *Sic eam Deus exaltavit, [...] cum poſſibilia donarit.* Et id totum vult, quo[...] pedire judicat.

*S. Bern. to. 3 ſerm. 3. ar. 3 de Nom. Mariæ.* Tertiò denique perhorreſcunt & timent ad[...] ejus ſplendorem, quem ſuo exemplo longè la[...] fundit: *Stupent immunem à peccatis.*

Hæc tria igitur ipſis Dæmonibus terrori ſunt [...] moti. Et eadem tanquàm tria arma poten[...] ſtatuenda in noſtri tutelam & defenſionem (*Or[...]*

*S. Bon. Spec. cap. 3.* *minis recordatio, devota invocatio, & ſollicita [...]* uti docet S. Bonaventura.

Primum itaque quod tentationis tempore faciendum
eſt nobis; *Eſt crebra Nominis recordatio*, & quaſi conti-
nua memoria ſanctiſſimi Nominis *Maria*. O Nomen *Idem. c. 8.*
dulciſſimum, exclamat S. Bonaventura, *quod nunquàm*
*devotè nominari poteſt ſine nominantis utilitate!* Etenim
illuminat intellectum, accendit affectum, temperat
paſſiones, cor cœleſti replet conſolatione, ac nos
eripit ab omni tentatione. Quamobrem conſulit S.
Bernardus: *Si inſurgunt venti tentationum, reſpice* *S Bern.*
*ſtellam, voca Mariam, Mariam cogita, Mariam invoca;* *Hom. 2. ſu-*
*non recedat ab ore, non recedat à corde.* Revelavit *per Miſſus.*
B. Virgo S. Brigittæ dicens: Tanta eſt vis nominis *S. Brig li. 1.*
mei, ut devotè invocatum à tentato, confeſtim ab eo *revel. c. 9.*
fugiat Diabolus, nec unquàm redire audeat, niſi
aliter Deus diſponat & permittat fidelem rurſum
tentari ad majus conſequendum meritum & coro-
nam gloriæ: *Statim ab eo diſcedit Diabolus, &*
*non revertitur ampliùs, niſi permittatur ad majorem*
*ejus remunerationem.* Quare, anima mea, ma-
gnam habe fiduciam in hoc potentiſſimo Nomine:
& in omni loco, in omni tempore, in omni actione,
in omni dubio, in omni tribulatione, in omni tenta-
tione *invoca Mariam*, lauda *Mariam*, ama *Mariam*.
Maria ſit turris refugij, fundamentum ſpei, quies &
tranquillitas cordis, deliciarum paradiſus, terminus
deſideriorum, & quantùm boni poſt Deum credere,
ſperare & amare vales.

Secundum, quod nobis faciendum, *Eſt devota Patro-
cinij ejus invocatio.* Securi progrediebantur Iſraelitæ
per deſertum ad Terram promiſſionis ſub tutela &
ductu Arcæ, hàc ſola illos ducente & protegente,
undequaque ab inimicis ſuis liberi & ſalvi abibant.
Unde, quando movebatur Arca, cuncti alta voce
cantabant Divinum invocantes auxilium & patroci-
nium mediante illa Arca, ac dicebant: *Exurge, Do-
mine & diſſipenter inimici tui, & fugiant, qui oderunt te,
à facie tuâ.* *Exurge Domine in requiem tuam, tu &* *Pſal. 131.*
*Arca ſanctificationis tuæ:* aut ut alij legunt, *fortitudinis
tuæ, aut potentiæ tuæ.* Ad eundem modum, nobis eadem
inſtructis oratione recurrendum eſt ad protectionem
B. Vir-

B. Virginis tentationis tempore, & ſine dubio
quem deſideramus, conſequemur: *Protectrix*
S. Epiphan. *liatrix mea, Virgo Dei Genitrix*]. *hoſtiles quo*
orat. de B. *petus à me averte.*
Virg. Ultimum exercitium, quod à nobis peragend
ut in tentationibus noſtris recurramus ad B. V
*Eſt ſollicita imitatio.* Et hoc eſt præcipuum
diligens, videlicet, imitatio virtutum ejus. Q
tione ipſam in ferendâ tibi ope recognoſces
ſimam, ejusdemque imitationis experieris
fortitudine & viribus, quas obtinebis in opp
& evincendis hoſtibus tuis. Nam, ut ait S. A
Serm 30. *Debent Sancti aliquid de ſuis virtutibus in*
de SS. *cere, ut pro nobis dignentur Domino ſupplicare.*
dicendum eſt de Reginâ Sanctorum. Quare,
procura ſedulò, ut ſanctiſſima Dei Mater in
gnoſcat veſtigium aliquod ſuæ profundiſſimæ
tatis, aliquam ſcintillam ardentiſſimæ chari
& eſto ſecura, ipſam tempore opportuno,
præſertim tentatione, non tibi defuturam
ſione & auxilio.

# CAP. IX.

## *De ſeptimo & ultimo Medio, quod*
## *curſus ad Angelum noſtrum*
## *Cuſtodem.*

HAud dubium eſt, quod, ſi utriusque,
pariter & Dæmonis ad invicem compar
potentia, & ambæ æqua ponderentur bilance,
illius comparebit potentia reſpectu Dæmonis,
& potentia infirmi cujusdam infantuli reſpe
S.T. 1. p. q. mi Gigantis. *Ideò*, ait S. Thomas, *non*
108. art. 1. *pugnæ conditio; ut infirmus contra fortem,*
*aſtutum exponatur ad bellum.* Ac proinde
Deum, utpotè omnis juſtitiæ Authorem

permittere; ut homo cum tanta ſui jactura & detrimento tentaretur à Diabolo.

Ad quam difficultatem reſpondet Doctor Angelicus, *loco cit.*
nullam prorſus adeſſe inæqualitatem, ſeu querelæ cauſam ex parte noſtra: etenim *fit ex parte hominis recompenſatio: principaliter quidem per auxilium Divinæ gratiæ: ſecundariò autem per cuſtodiam Angelorum. Vnde Eliſeus* *4. Reg.*
*dixit ad miniſtrum ſuum: Noli timere: plures enim nobiſcum ſunt, quàm cum illis.*

Non eſt igitur, quod timeamus; ac propterea animosè concertemus & pugnemus non tantum contra Mundum & carnem; ſed adverſus etiam principes & poteſtates tenebrarum & Inferni: non enim ſoli in arenam deſcendimus; ſed Deus nobiſcum & pro nobis eſt cum tota ſua cœleſti Curia. Audi Bernardum. *Quid times? non eſt, quod timeas: annon advertis, quod Angeli* *S. Bern. ſup. Pſal. Qui habit. ſerm. 12.*
*Sanctì adſunt tibi, & non ſolùm tecum, ſed etiam pro te adſunt, ut protegant, adſunt ut proſint?*

Conſidera, quomodò per Divinam hanc & Angelicã protectionem efficiaris veluti civitas fortiſſima, tanquam columna ferrea; & ſicuti murus æneus, juxta promiſſionem æternæ veritatis: *Ecce dedi te in Civitatem munitam, in columnam ferream, & in murum* *Ierem. c. 1.*
*æneum.* Et quid exinde ſequetur? *Bellabunt adverſum te, & non prævalebunt.* Te impugnabunt adverſarij tui; at nunquam expugnabunt.

Et quæ eſt cauſa tantæ fortitudinis? *Quia ego tecum ſum, dicit Dominus.* Et quidem tecum triplici modo. Primò immediatè, & *per illapſum*, Divino ſuo ſplendore & calore operando in noſtrum intellectum & voluntatem. Secundò, per habitum gratiæ & virtutum ſupernaturalium. Tertiò, mediatè, mediis, nimirùm Angelis Miniſtris ſuis, & noſtris Cuſtodibus ac Protectoribus.

Ecce, inquit D. Auguſtinus, quomodò ſancti Angeli *S. Aug. to. 8 in Pſ. 62.*
*attendunt nos peregrinos, & miſerentur nos, & juſſu Domini auxiliantur nobis, ut ad illam Patriam communem aliquando redeamus.*

Sed videamus, qua ratione Sancti Angeli Cuſtodes *S Bon. con-*
noſtri exerceant hoc officiũ. Reſpondet S. Bonaventura, *ſil p. 3. Fe-*
tribus *ra. 18. c. 1.*

tribus modis, juxta tres actus Hierarchicos; purgando, illuminando, & perficiendo. Primò, purgando nos, *per remotionem impedimentorum*, tollendo extrinſecam mali occaſionem, refrenando noſtram imaginativam, & quod plùs eſt, repellendo Dæmonem, temperando vel diminuendo ejus vires. Quamvis enim Dæmones in ordine naturæ ſint ſuperiores Angelis bonis; attamen in ordine gratiæ omnes Dæmones ſunt inferiores & ſubjecti cuicunque Angelo

S.Th.1 p.q. art. 4.

ſancto, juxta doctrinam S. Thomæ: *Angeli ſunt malis, & regunt*, in quantum, videlicet, Miniſtri juſtitiæ Dei.

Inſuper concurrunt *illuminando & perficiendo*, in quantum adminiculo phantaſiæ proponunt rum bonum, quod tanquàm verum illuminat intellectum; & tanquàm bonum accendit & inflammat voluntatem; veluti alibi dicitur in propria materia.

Hæc ſunt, quæ operantur Sancti Angeli in nostrum favorem & gratiam: ſupereſt, ut, quæ qualis ex parte noſtra requiratur correſpondentia & compenſatio, declaremus.

Primò, nobis incumbit, ut cum omni humilitate & reverentia poſtulemus veniam ab Angelo Custode noſtro, toties, quoties eum offendimus, quando, ſcilicet, potiùs locum dedimus & parvimus perniciosis Dæmonis ſuggeſtionibus, quàm ſaluti feris illius admonitionibus: etenim, conformiter ait D. Auguſtinus: *Quoties deviamus; Diabolum lætificamus, & Angelum*

S. Aug. ſoli. c. 29.

*defraudamus.*

Secundò, deprecabimur Angelum Custodem, ut non ſolùm nos adjuvet aſſiſtendo & ſuccurrendo in tentationibus; ſed nonnunquam etiam præveniendo ac Dæmonē, ne nos tentet, impediendo opem & auxilium: in frequentibus namq; tentationibus fragilitatem noſtram ſemper nobis timendus eſt.

Tertiò, ipſum exorabimus, ut has duas nobis virtutes, puritatem, ſcilicet, & humilitatem in perfectione. Quemadmodùm enim omnes eò collimant, ut amba has expugnent virtutes

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quæ ſuis inſtructæ ſunt perfectionibus, facilè à ſe repellunt & vincunt omnes tentationes contrarias.

Quartò, tempore tentationis illud S. Bernardi obſervabimus conſilium. *Quoties graviſſima cernitur urgere tentatio & tribulatio vehemens imminere: Invoca Cuſtodem tuum, & Ductorem tuum Adjutorem tuum. Inclama eum & dic: Domine, ſalva nos, perimus.* S. Bern. ſer. 12. in Pſal. Qui habit.

Quintò, Confidemus in Angelis noſtris cuſtodibus, & ſubito Divinum experiemur auxilium: *In manibus portabunt te.* Propriis te ſuſcipient manibus, è faucibus mortis erepturi. Pſal. 90. Et hæ Angelicæ manus, juxta mentem S. Bernardi, duæ ſunt conſiderationes, quas nobis inſpirant Angeli Cuſtodes noſtri, & ſunt: *Brevitas tribulationum, & Æternitas retributionis.*

Concludam hoc caput, ſimul ac totum præſens exercitium documento quodam, quod quidam ex Antiquis Patribus dedit uni Noviti orum ſuorum. Petierat Novitius ex Magiſtro ſuo, quid ſibi factu opus eſſet, ut Dæmonis tentationes evaderet & ſuperaret, ſeſeque in gratia Dei conſervaret. Reſpondit Pater: *Si Angelo ſuadenti ſemper dices, Volo: & Dæmoni tentanti ſemper dices, Nolo: perſeverabis.*

Documentum in verbis valdè breve & parcum; at in ſubſtantia valde magnũ. In his namq; duobus vocabulis, *Volo, Nolo,* continetur Doctrina Evangelica, Perfectio Religioſa, & Compendium totius Sacræ Scripturæ. Et enim, ſi Angelo tuo Cuſtodi, quotieſcunque tibi loquitur ſuis inſpirationibus, ſemper dices: *Volo*; adimplebis animam tuam cœleſtibus theſauris gratiarum & virtutum: è contra, ſi Dæmoni tentatori reſpondebis ſemper, *Nolo*, immunem & purum te conſervabis ab omni peccati macula etiam leviſſima. Medium hoc facillimum & potentiſſimum, reliquis omnibus tibi deficientibus, anima mea, ſemper in promptu habeas, & eadem verba & ore & corde promptiſſimè promas. Loquitur Dæmon? ne præſtoleris finem ſui alloqui, repelle eum ſtatim, dicendo: *Nolo*, non ſum contentus. Loquitur Angelus ſanctus? noli interrumpere ipſius ſermonem; ſed magna cum humilitate & reverentia auſculta, quod loquitur: & cognita voluntate Dei, reſponde ſubitò:

En

En me promptum eſt paratum, contentus ſum
Pondera vim hujus vocabuli, *Volo.* Idem eſt
diceres: Volo vitam gratiæ, ornamentum
gloriam Dei, Beatitudinem noſtram, gaudium
lorum, ac totum id, quod bonum, pulchrum,
rationabile & ſanctum eſt. Pondera idem voc
*Volo*, dictum Dæmoni. Idem namque eſt, ac ſi
Volo mortem animæ, deſtructionem gratiæ,
tionem æternam, offenſam & (certo quodam
annihilationem Dei: ſiquidem, qui, per pec
ultimum ſuum finem ponit in Creaturâ, qua
ex parte ſuâ, deſtruit & annihilat ipſum Deum
anima mea, quantum dependet ab uno *Volo*:
cui dicendum eſt, ſolum ipſas Paradiſi reple
dictum verò ei, cui dicendum non eſt, ſolum
& infarcit infernum. Ergò, O ſanctiſſime
Divinæ Providentiæ Miniſter fideliſſime,
ſemper deinceps offero tibi, dedico, ac conſe
*Volo*. Totum tuum ſit, & tanquàm tuum ab
incurſu & violentiâ cuſtodi, protege ac defende
teſtor, me ita velle, ut totum ſit tuum, nec
etiam particulam illius habeat Dæmon.
ſemper cum hoc meo *Volo* accepto cunctas
inſpirationes, quas ex charitate ad ultimum
vitæ meæ halitum mihi daturus es: è contra
ac deteſtor cum reſoluto meo *Nolo*, omnes
ſuggeſtiones, quas unquam per totam vitam
malitia Dæmonis mihi inculcabit. Te rogo
mi Angele ſanctiſſime, digneris hoc meum velle
re cum velle Dei, uti & nolle meum cum no
ut in omnibus & per omnia habeam *idem velle*
*Nolle* cum *velle* & *Nolle* Dei nunc, & ſemper
& in æternum.

EXE

# EXERCITIUM SECUNDUM.

## *De verò Gaudio.*

### CAPUT I.

*Verum gaudium reperitur in Deo, non in creaturis.*

O*Mnes amant gaudium*, ait D. Chryſoſtomus, & lætam ducere vitam: & *omnes operantur propter gaudium.* Currit & ſudat mercator, *ut gaudeat de pecuniâ*: deſcendit in arenam miles, *ut gaudeat de victoriâ*: amabit ſuperbus, *ut gaudeat de gloriâ.* *S. Chryſoſt. Hom. 18. tom. 5.*

Unde ſi quilibet, quidnam deſideraret, interrogaretur: Reſponderet, inquit Auguſtinus, *Velle gaudere*: beatam ac lætam deſidero ducere vitam. Ac propterea idem Sanctus Doctor valdè approbat illud dictum Gentilium: *Trahit ſuaquemque voluptas*: trahitur unusquisque à proprio gaudio, cunctos invitat voluptas; ſed aut vera, aut apparens. Ratio eſt, quia omnes deſiderant amare, & occupari alicujus objecti amore; & ipſo amoris eſt communis omnibus: ergo etiam omnibus conveniens erit delectatio, aut gaudium, *Aug. to. 5. li. 10. conf. c. 21. Idem to. 9. tr. 26. in Joan.*

quod tanquàm effectus ex amore ac unione b[illegible]
leſſi reſultat.

*Ariſtot. Ethi 7.*

Præterea, juxtà doctrinam Philoſophi: *Om[illegible] mal. cùm vigilat, in labore eſt, & labor eſt triſt[illegible]* animal vigilando laborat, & laborando patit[illegible] dam triſtitiam, eſto propter contractum [illegible] ſæpenumerò non ſentiatur, ut patet in actu[illegible] auditionis, & ſimilibus: ergo omnibus [illegible] nis eſſe debet aliqua delectatio contra hanc [illegible] quia connaturale eſt, proprio malo convenien[illegible] bere medicinam. Quâ de causâ delectation[illegible] riales ab Ariſtotele nuncupantur medicinæ, [illegible] triſtitiæ medentur, & remedium conferunt; [illegible] por cibi medetur triſtitiæ famis, & delectati[illegible] faſtidio pœnæque laboris medelam confert.

*S. Greg. in Iob.*

Denique, ut affirmat S. Gregorius, *ſine del[illegible] anima non poteſt eſſe: aut enim infimis delecta[illegible] ſummis*: delectatio namque & gaudium, quæ [illegible] ris effectus, animæ vita ſunt, ſicut & ipſe amor[illegible] quemadmodùm vivere nequit anima ſine actu[illegible] ita neque in vitâ durare poteſt ſine actu gau[illegible] quanquàm ea, quæ diximus, veriſſima ſint, quo[illegible] unum appetant finem, in unum ſcopum co[illegible] mnes, & unum reſpiciant objectum, quod [illegible] & delectatio; nihilominùs haud omnes ea[illegible] diuntur viam, eò quod iſtius finis aſſequend[illegible] capiant media exercitia varia: *Vnum eſt, qu[illegible] omnes nituntur, ſcilicet, ut gaudeant, & alius [illegible] illinc aſſequatur.*

*S Aug. lib. 10. conf. c. 21. cit.*

Adhæc, omnes conveniunt in fine gaudij, [illegible] in materiâ gaudij. Enimverò eam alij [illegible] vitio, alij in virtute, alij in creaturis, [illegible] dem Creatore.

Et hoc eſt fundamentum vitæ ſpiritualis, [illegible] noſtræ, noſtræque creationis finis: ſcire [illegible] quodnam ſit objectum veri gaudij, qualiſque [illegible] tionis noſtræ materia, cui anima inniti debe[illegible] cum pace & quiete delectetur & quieſcat. *[illegible] mentum eſt, quò pervenitur ad ſummum: [illegible] gaudeas.*

*Seneca epiſt. 13.*

Quapropter huic in finem nobis invocandum eſt Spiritus ſancti Numen ac Lumen, quo nos illuminet, ut, quod verum bonum, verique gaudiſ fundamentum ſit, rite cognoſcamus.

Pro veritatis hujus notitiâ, primò exponendum verò, quot qualesque ſint conditiones veri gaudij. S. Auguſtinus & S. Thomas cum communi SS. Patrum ſententiâ docent duas eſſe: *Gaudium ſivè fruitio eſt, quod delectat ut ultimum.* Prima conditio eſt, quod *delectet.* Secunda, quod *delectet, ut ultimum bonum.* Talia, ut in ratione boni & gaudij contineat in ſe: *Non plus ultrà*: quia eſt tale bonum, quod ſupra ſe nullum aliud habet bonum: eſt tale gaudium, quod ſupra ſe non habet aliud gaudium: eſt delectatio ac voluptas talis, quæ quietum efficit omne cor; omnem ſatiat appetitum, explet omne deſiderium, omniaque omnis boni poſſibilis deſideria.

Videamus igitur, anima mea, num in creaturis verum reperias gaudium cum utrâque præfatâ conditione; an, videlicet, *delectent, & delectent ultimum*, ut ultima quies, pax, & ſatietas cordis noſtri. Profectò hujusmodi non reperies: etenim quodcunque objectum creatum etiam in ſe perfectiſſimum (veluti eſſet inter Angelos primus Seraphinus) cùm ſit res creata, etſi *delectet*, quod eſt prima conditio: nihilominùs *non delectat ut ultimum*, quod eſt ſecunda conditio; quidem non eſt ultimum bonum, cùm ſupra ſe majus habeat bonum, aut creatum, aut poſſibile: ergò in nullâ creaturâ verum reperitur gaudium, quia quælibet creatura proprio bono propriæque perfectioni, quæcunque illa ſit, inſcriptum inſculptumque habet: *Plus ultra.*

Hoc idem S. Bernardinus expendit hac ratione. Si quiſpiam ad tantam ſublevaretur excellentiam, eveheretque ad talem perfectionis eminentiam, ut infinitis divitiarum dotatus theſauris, abſoluto potiretur dominio & imperio in omnes naturas corporeas, non terreſtres duntaxat; verùm etiam cœleſtes: dominaretur cœlis, Stellis, Soli; adeò, ut pro libitu & arbitrio ſuo *Tom. 4. ſerm. 45.*

 *fateret*

*faceret dies & noctes, longas & breves.* Inſuper
dominio ſuperadderetur dominium omnium
rarum ſpiritualium, Dæmonum, Angelorum, Ar-
gelorum, Seraphinorum: qui omnes ad nutum
rerent, & debita cum reverentia ac prompti-
juſſis ejus obtemperarent. Præterea, ſi domi-
iſtius ſeſe etiam extenderet ſupra omnes Sancto-
ctorumque Reginam, quæ eſt ſanctiſſima
Maria, & ſupra Sanctum Sanctorum, qui eſt Chri-
quantùm Homo. Denique, ſi talis, præterqua
modi gauderet dominio, cunctis ditaretur do-
ralibus poſſibilibus, ſanitatis, fortitudinis,
tudinis, eſſetque etiam impaſſibilis & im-
Quidnam de tali ad tantam fœlicitatem eve-
retur? procul dubio dicendum, & hoc ferend-
judicium: tametſi is eò uſque ſit evectus &
attamen à vero adhuc longiſſimè abeſt gaudio,
finitè diſtat: quod enim poſſidet, creatum
quod creatum eſt, *non delectat ut ultimum bo-*
*delectat ut ſummum bonum*: ac proinde n
cauſa veri gaudij, quod quietet, ſatietque
noſtram.

Ergò creaturas tanquàm in bono ſteriles,
inſufficientes dimittamus: ſiquidem nec
tinent delectationem, nec perfectam fruit-
deamus verò, an verum gaudium ejusque c
inveniantur in Deo? & affirmativa eſt reſpo-
quid eſt Deus? Eſt ultimus finis: ergò u
num: ergò *delectat ut ultimum*, & per conſe-
teria eſt, & objectum veri gaudij, com-
*Non plus ultrà.* Non habet ſupra ſe aliud bo-
eſt ultimum & ſummum bonum, eſt ultim
mum gaudium, quod ſolum verum gaudium
in Deo ſolo, & non in creaturis, verum
dium, vera lætitia, vera fruitio, vera pax, vera
vera cordis humani quies.

Quod ſi igitur in Deo ſolo, & non in creatu-
reperitur gaudium; ecquæ, anima mea,
tua, ut deſerens Deum, adhæreas creatu-
valedic omnibus creaturis, renuncia cunctis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

affectibus & deſideriis: cor tuum aperi Deo tuo, & in eo ſolo, tanquàm in proprio gaudij omnisque conſolationis fonte quære ſolatium & gaudium.

# CAP. II.

## *Eadem veritas aliis ſuadetur rationibus.*

RAtio ſecunda erit, quia, juxta doctrinam S. Bonaventuræ, omne bonum creatum comparatum ad bonum increatum Dei eſt veluti ſolum punctum: etenim, ut idem aſſerit, duobus modis communicatur Deus: primò, *ad intra*, & hæc communicatio infinita eſt; ſecundò, ad extra, & hæc finita eſt, & inſtar puncti: quia hoc, quod Deus communicat *ad extra*, eſto in ſe magnum ſit, ſi tamen veniat in comparationem cum Deo, punctum aliquod eſt, & inſtar cujusdam ſe habet ſtillæ comparatione Oceani, & adhuc multò minùs: gutula enim aquæ eòuſque multiplicari poteſt, ut ipſius etiam Oceani immenſitatem adæquet ac ſuperet, at omnia bona creata tametſi multiplicarentur, & creſcerent in perfectionem infinitam, nunquàm tamen ipſum eſſe DEI infinitum attingere & adæquare valerent. Quapropter omnia bona, quæ ſunt in Mundo, non niſi tot puncta ſunt, tot ſtillæ, tot atomi: cunctæ terrenæ divitiæ aliud non repræſentant, quàm unicum auri punctum; cunctæ conſolationes ſenſus non niſi ſunt una ſtilla mellis, permixta tamen magna copia fellis; cuncti honores Mundi ſunt veluti minimus aëris atomus. Et hæc ſunt illa præclara bona, quæ Mundi amatores adeò ſuſpiciunt & deprædicant. Suppoſita hac veritate, certiſſimum eſt, in creaturis minimè reperiri verum gaudium: ſiquidem verum gaudium plenum eſt, & perfectum, fundatum in pleno, perfecto, & infinito bono: bonum verò & gaudium creaturarum imperfectum eſt, finitum, inſtar

*S. Bon. in 1. ſent.*

punđi, ac planè inſuffi ciens, ut cordis noſtri deſi-
quietet, ac ſatiet. Animo igitur reſoluto,
mea, mitte nuncium omni bono creato, & ſo
jungere Deo, Bono increato, quod ſolum
ſe continet gaudium, teque fœlicem beatamque
poteſt.

Tertia ratio eſt, quia verum gaudium eſt
cordiale: *Eſt vitalis quædam dulcedo, vitali*
*ſuavitas*, ut loquuntur ſacri Doctores, & verò co
utpotè, à principio vitæ, quod eſt cor humanum,
cedens. Hæc conditio deeſt gaudio materiali,

1.2. q.19. a. 9. Pſal. 5. lect. 3. percipitur è creaturis: etenim, ut docet Ang
cor & voluntas humana ſunt naturæ intelle
rationalis: ergo eis competit bonum etiam
bile & rationale, tanquam objectum proportio
non autem bonum materiale & ſenſibile: ergo
gaudium voluntatis noſtræ reperiri nequit in c
in bonis ſenſibilibus hujus vitæ; ſed ſolum
Deo reperietur: quia eſt gaudium internum
dium intima cordis penetrans, quod totam
animam cum omnibus ejus potentiis
Quemadmodùm experiebatur David, quando
*Dediſti lætitiam in corde meo.* Non in *carne*

Pſal. 4. veluti conſolantur creaturæ, ſed in *corde*;
parte animæ, in voluntate, in mente humana
ut benè advertit D. Auguſtinus, *Peccatores*

S. Aug. to. 4. in ſerm. Dom. c.24. *priè gaudent, ſed geſtiunt*: quia tota
luptas & lætitia eſt in corpore & ſenſu, &
anima.

Quarta ratio eſt, quia verum gaudium
gaudium purum non triſtitia permixtum.

Sap. 8. gaudium Dei: *Non habet amaritudinem*
*illius, nec tædium convictus illius; ſed lætitiam*
*gaudium.* Et quamvis homo juſtus
tur tribulationes; foris illæ exiſtunt, non
trant intima: unde nec turbant pacem &
terius: imò per cœleſtem & Divinam quandam
pariſtaſin, quanto magis creſcit tribulatio
tantò magis creſcit conſolatio interna.
quia juxta menſuram mortificationis corpo

Deus animæ elargiri conſolationem: *Communicantes CHRISTI paſſionibus, gaudete* (vel, ut exponit Tertullianus) *ſecundùm quod communicatis*, quia tantùm ſentietis conſolationis in corde: quantùm mortificationis ſuſtinebitis foris in corpore. Igitur gaudium, quo gaudemus in Deo, purum eſt; enimverò non admittit, nec patitur triſtitiam aliquam, niſi ſuperficialem, & talem, quæ non opponitur internæ profundæque cordis lætitiæ. E contrario, gaudium creaturarum non eſt purum; ſed mixtum infinitis triſtitiæ amaritudinibus. *Riſus dolore miſcebitur*, riſum proxima occupabit dolor cordis. Unde alia quædam litera habet: *In riſu dolebit cor*: ore peccator ridebit; ſed corde planget & dolebit. Et hic planctus cordis, eſt infernalis ille remorſus conſcientiæ, ſemper mordens, & cor adeò torquens, ut nec minimum ei quietis concedat momentum. D. Gregorius loquendo de hoc tormento ait: *Nulla eſt major afflictio quàm conſcientia delinquentium.* & S. Auguſtinus: *Juſſiſti, Domine, & ſic eſt, ut pœna ſibi ſit omnis inordinatus animus.* Idque Divinæ Providentiæ omninò conforme eſt: quia, ſicut peccator peccando tranſgreditur tres ſpecies legis: rationalem, humanam, & Divinam; ita quoque conveniens eſt, ut tribus ſubjaceat pœnis, & puniatur à ſeipſo remorſu conſcientiæ: ab homine pœna temporali: & à Deo pœna æterna.

1. Pet. 4.

Prov. 14.

S. Aug. 1. Conf. 12.

S. Th. 1. 2. q. 87.

Quinta ratio eſt, quia, ut tradit Angelicus: *Verum gaudium eſt de præſentia veri boni, & per ſe boni*, veluti eſt Deus ſolus, qui *eſt Bonum per eſſentiam*; ita in Deo ſolo, & non in creaturis verè in nos delectari ac lætari debemus. Et ſicut præſentia Dei eſt triplicis generis: per memoriam, per ſpem, & per viſionem; ita quoque triplex eſt gaudium, & unum eſt majus alio, ſecundum primo, & ſecundo majus eſt tertium: præſentia namque per memoriam ſolùm dicit apprehenſionem Dei: præſentia per ſpem addit *potentiam conſequendi*: præſentia per viſionem adjungit *ipſam conſecutionem.*

1. 2. q. 32. art. 3.

Sexta ratio eſt, quia verum gaudium eſt fructus pacis & juſtitiæ: *Juſtitia & pax, & gaudium in Spiritu Sancto.* Rom. 8. notat S. Auguſtinus. Ergò verum gaudium non in mundo; ſed in Deo, authore omnis juſtitiæ ſanctitatis ac pacis, reperiri poteſt.

Tom. 10. Serm. 8.

Septima ratio eſt, quia verum gaudium co quietum efficit, & ſatiat, quam virtutem haudquaquàm ſibi vendicat gaudium mu ſed Divinum, ut ipſa docet experientia: *Vi tius Mundi copia non ſatiat, Divina dulcedin plenè inebriet.*

Richard. de S. Victore.

Octava ratio eſt, quia verum gaudium eſt *perfectum & plenum*, veluti hujusmodi com nomine à D. Chryſoſtomo: *Vt gaudium ve plenum* Ad hanc plenitudinem gaudij du runtur conditiones: prima, *ut res amata ſi amanti*: ſecunda, *ut adſit perfecta fruitio* Utramque hanc conditionem ſoli Deo c clarum eſt, & evidens: ergò in ſolo Deo, in creaturis verum invenitur gaudium; un gaudij plenitudo nonniſi poſſideatur in ubi *cum ſummo amabili eſt etiam ſumma uni unio fruitionis.*

S.Th. lect 6 in Pſ. c. 5.

Ultima ratio eſt, quia verum gaudium e indefectibile, & inamiſſibile: *Gaudium, tollit à nobis*, quemadmodùm nos doc Veritas: at gaudium mundanum eſt bon tum, eſt gaudium defectibile, gaudium *Gaudium, quod tollitur à nobis*, ſi non invi ſariò tamen in morte. Ad quid ergò remus hiſce bonis tranſitoriis & volubil evaneſcunt, vix floreſcunt, & in terrâ qua cum dolore, quem poſt ſe relinqu torum, demonſtrant bonum, quod prom non eſſe verum; ſed mendax & fall bonum.

# CAP. III.

## *Eadem veritas Sacræ Scripturæ Sanctorumque Patrum authoritate probatur.*

Cunctæ licet deficerent rationes, ſola tamen ad nos convincendos, ſimulque ad ſuadendam hanc veritatem ſufficeret æternæ Sapientiæ authoritas: *Non eſt pax impiis*, ipſemet nobis inclamat Spiritus Sanctus per os Prophetæ, vel, ut alia habet littera: *Non eſt gaudere impiis.* Lætitia non competit impio, à corde ejus verum exulat gaudium: gaudium peccatorum, eſt gaudium, quod decipit, & aliquantulum palpatur & adulatur carni; at cruciat animam: demulcet ſenſum, ſed affligit ſpiritum: eſt flos oblectans oculos; ſed maximè pungens ſpina eſt, intima cordis penetrans & ſaucians. Quapropter Deus, Sapientia æterna, æternaque Bonitas, quæ decipi non poteſt, nec vult decipere, evidentibus notis hanc nobis intonat veritatem: *Non eſt pax impiis: non eſt gaudere impiis.* Vero gaudio perfundi nequit peccator, in uno eodemque corde ſimul ſtare non poſſunt peccatum & gaudium, peccatum & lætitia, offenſa & pax cum Deo. Dicet mihi non nemo: experientia docet contrarium. Verum reſpondeo experientiam eſſe mendacem & fallacem, quemadmodùm hoc exemplo oſtendi & probari poteſt. Eſt panis in ſanctiſſimo Sacramento, ait experientia: Non eſt panis, inquit Deus. Cui jam credendum? ſenſum, aut intellectum per ſenſum decipi, certum eſt & indubitatum; at non decipitur, nec decipit Deus. Ergò in hoc caſu creditur Deo, contra ſeu potiùs ſupra omnem ſenſum, & ſupra omnem intellectum. Eodem modo dicendum eſt in materiâ præſenti: *Non eſt gaudere impiis*, dicit Deus: *Eſt gaudere*, ait Mundus, ſenſus, caro: cui debemus Iſa. 57.

credere ? Non Mundo, non carni; ſed Deo,
veritas infallibilis, & mentiri nequit in
ſuis.

Ergò, anima mea, quotieſcunque Dæmon
ſentat tibi aliquam Mundi voluptatem &
tanquàm veram lætitiam, & verum gaudium
latè reſponde: mentiris Dæmon infernalis,
apparens bonum, ut verum, proponis: *Non*
*dium impio*, inquit Deus: Deo, qui eſt ipſa
fidem adhibere debeo, non tibi, mendacium
Et ſi nihilominùs Dæmon perſiſtat in ſuo
promittendo tibi dominium creaturarum,
eum adores, ſollicitando; generoſiori
ſponde ei, quod conſulit S. Gregorius,
Totus amor & gàudium meum, non in
Nazianz. ſed in Deo poſitum eſt. *Quia Dei imago ſum,*
Orat. 40. *indutus ſum, in Chriſtum transformatus ſum;*
*adora*, adorando in me imaginem Dei, & ſimil
Chriſti.

Eandem veritatem confirmant Sacri Doctor
rentes materiam veri gaudij non eſſe creat
Deum.

S. Aug. in S. Auguſtinus: *In Deo ſolo vera conſolatio eſt,*
Pſ. 7. pœnit. *catores in tribulatione poſiti ad Deum recurr*
& Pſal. 32. Et alibi: *Quis ſic delectat, ut ille, qui fecit*
*delectant?*

S. Bern. epi. S. Bernardus: *Illud verum gaudium non de*
114. *ſed de Creatore percipitur.*

S. Chryſoſt. S. Chryſoſtomus: *Verum gaudium*
to. 1. p. 6. *ideò in ſolo Deo.* Quod idem confirmat S.
S. Anſ. Pro- ſelmus: *Illud eſt verum gaudium,*
ſol. c. ult. *magnum, & in re plenum,* ſicut & ſolum
*in Deo.*

Rup. de Be- Rupertus: *De creatione Mundi ſabbat*
nefic. Di- *res Mundi, nobis autem de ſalvatione Mund*
vinis. *dum eſt.*

S. Baſ. Hō. Et S. Baſilius: *Non gaudendum in hoc Mundo,*
4. de grat. *retributionis gaudendum.*

Parad. ani- Idem evidentiùs exponit Albertus Magnus
mæ c. 23. *teria omnis gaudij in Deo; ſcilicet, potentia,*

[Bon]itas pulchritudo, & reliqua attributa Dei, quæ omnia [im]menſa, & æterna ſunt in Deo.

Hugo de S. Victore: *Gaudium Dei, dulcedo æternorum; gaudium Mundi, delectatio præſentium; illud ſufficit, [i]ſtud deficit.* *Hugo Victorin.*

Et Origenes: *Verum gaudium eſt gaudium in Domino.* Quale autem ſit hoc gaudium in Domino, explicat, & declarat hiſce verbis: *Si gaudeam, quod inveni theſaurum, vel quod me homines laudant: iſtud gaudium carnis eſt, non in Domino: ſi verò gaudeam, quod dignus habitus ſum pro nomine Domini injuriam pati, vel quod merces noſtra multa eſt in cœlis; hoc gaudium in Domino eſt.* *Orig. Homel.*

## CAP. IV.

### *De Proprietatibus veri gaudij falſo oppoſitis.*

### Firmum & ſtabile.

Ex dictis ſequitur, quæ, qualesque vero gaudio competant proprietates, & conditiones. Prima eſt, quod ſit firmum & ſtabile, quia ſuper Deum, veluti *ſuper firmam petram*, fundatur. Ubi falſum gaudium Mundi & inconſtans, & inſtabile, quia fundatur ſupra arenam, *& quod fundatur in materiá mutabili, mutari neceſſe eſt, re mutatâ.* Unde jure merito dixit Philo Hebræus: *Profana gaudia ſunt ſomniis ſimillima: [ve]niunt, abeunt, occurrunt; refugiunt, priusquàm comprehendantur: evolant veluti ſomnium, evolans non invenitur, tranſit ſicut viſio nocturna.* Hinc etiam dixit S. Gregorius, peccatores ob inſtabilitatem & inconſtantiam ſuam factos eſſe luſus Dæmonum: *Ludus eſt Dæmonum, cùm vagas & inſtabiles animas de vitio [tra]hunt in vitium.* *S. Bern. de fallacia ſeculi.* *S. Greg. 33. moral.*

Con-

## Continuum.

Quia, ſicuti Deus in ſeipſo eſt ſummum
& ſemper amabile, ſemper delectabile; ita
continuæ lætitiæ continuique gaudij objectum
poteſt.

*Carthuſ. in Ioan. c. 18.* Prætereà eſt continuum, juxta Carthuſ.
*quia non ſolùm eſt in proſperis, ſed etiam ad*
*verſis: ut erant Apoſtoli quaſi triſtes, ſemper*
*gaudentes.*

## Interius.

Quia eſt gaudium cordis & appetitus ſu
ubi intrat Deus, tanquàm objectum cognitum
*Eccl. c. 30.* tum. *Iucunditas cordis, hæc eſt vita homi*
*non eſt oblectamentum ſuper cordis gaudium.*
dium Mundi tantùm eſt in ſenſu, in carne,
dictum fuit: neque peccator propter pecc
taxat amittit conſolationem cordis; verùm
mittit & perdit ipſum cor; *Popule ſtulte,*
*Ierem. c. 5.* *cor.* Quia cor ejus, nempè libertas,
Dæmone.

## Ordinatum.

Quemadmodùm ordo amoris principaliter
mariò reſpicit Deum, ſecundariò verò dona D
propter Deum, ad eundem modum gaudium
cipaliter eſt de Deo, ſecundariò de donis Dei
pter Deum.

E contra, gaudium mundanum non reſpicit
ſed creaturas, & dona Dei, & hinc ſequitur
*Ioel. c. 1.* Mundi: *Depopulata eſt regio, quia confuſum*
*gaudium à filiis hominum.* Peccatores namque
fuderunt ordinem gaudij, de quibus gaudendum
*Rupertus in c. 1. Ioel.* non gaudent; ſiquidem *gaudent de donis Dei*
*glecto Deo.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quare S. Chryſoſtomus ad puritatem gaudij nos exhortatur. Sicut de peccato dolere debemus, non propter pœnam, *quia punimur*; ſed propter culpam, *quia Deum offendimus*; ita in operibus bonis minimè nobis gaudendum eſt de conſolatione noſtrâ; ſed quia cum illâ rem Deo gratam præſtamus. *Formidoloſius eſt gehennâ Deum offendere: & omni regno deſiderabilius Deo placere.* *Chryſoſt. Hom. 3. de Ani.*

## Totalè.

Non ſolùm verum Dei gaudium interiorem conſolatur ſpiritum; ſed nonnunquàm, quando eſt intenſum, exteriorem etiam recreat. Eſt gaudium redundans etiam in corpus; propter ſympathiam, quam habent inter ſe appetitus intellectivus & ſenſitivus, & hic cum carne. Unde dixit David: *Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum meum.* Et S. Anſelmus hoc explicat exemplo ferri igniti: *Sicut ferrum ignitum omni ſui parte continet ignem; ſic in ſe boni voluptatem, mali verò in ſe ſentiunt anxietatem.* *S. Anſel. de ſimi. c. 36.*

## Eſt mare ſimul & ſtilla.

Divina conſolatio mare eſt comparatione voluptatum mundanarum, *quia guſtato ſpiritu deſipit omnis caro*, ſapor & guſtatio ſpiritus tali modo ſatiat animam, ut ſuperet, tollatque omnem guſtationem & ſaporem ſenſus. Quam ob cauſam S. Bernardus mentionem faciens conſolationis ſpiritualis, nomine abſtracto eam appellavit, ut ſignificaret eſſe maximam. *Juſtorum gaudium non eſt aliquid lætum, ſed ipſa lætitia: ipſe, ſcilicet, Deus eſt omnia in omnibus*, quem modum loquendi excerpſit ex Proverbiis: *Expectatio juſtorum lætitia.* Verùm eadem conſolatio comparatione gaudij Beatorum ſtilla eſt: *Gaudium hoc*, inquit S. Bernardus, *ſtilla eſt, guttula eſt, de fluvio illo deſcendens, cujus impetus lætificat civitatem Domini. Quandoque veniet tempus,* *S. Bern. de fall. pr. ſæc. Prov. c. 10.*

*ut perennibus gaudiis in ipſo Divinitatis fonte p*

*S. Methil. lib.1.c.5.*

*immergamur.* S. Methildis in ſpiritu quo à Domino deducti fuit in præaltum mon quo ſeptem virtutum fontes ſcaturiebant, guli copioſas dabant aquas, excepto timo, qui erat fons ſpiritualis gaudij, ex q ſicut è cæteris; ſed guttatim ſtillabat aqu namque cœleſtis conſolatio juſtis in hac vit tula ſtillans, ea beatis in alterâ vitâ eſt fons perennis.

## Eſt nectar cœleſte.

*S. Bona. 2. de diat. ſal. 8. c.1.*

S. Bonaventura tres diſtinguit ſpecies Divi Primum *eſt nectar Dominicæ Paſſionis*; ſecu *nectar virtuoſæ operationis*: tertium *eſt necta fruitionis.* Tres etenim dantur fontes veræ & ſuavitatis: primus eſt meditatio Paſſionis ſecundus, operatio virtutum, præſertim Amoris ritatis Dei, & proximi: tertius, reliquos omn excedens, eſt fons æternæ fœlicitatis, qua gau turque Beati in paradiſo.

## Eſt participatio Gloriæ Beatorum.

*S Pet. ep.1. S.T. Gal. 5.*

Eâ de cauſâ conſolatio Divina appellatur *lætitia inenarrabilis, & glorificata*: quia eſt pa Gloriæ, qua Beati fruuntur in cœlo. Unde, Angelicus: *Sicut in flore non ſolùm eſt ſpes inchoatio fructus*; ita in conſolationibus *eſt ſpes, eſt & inchoatio beatitudinis.* Q

*S. Aug. Cõfeſ. lib. 10. c. 22.*

S. Auguſtinus loquens Deo in Confeſſion ait, quod in hoc gaudio cœleſti quaſi bea anima beatitudine quadam vitæ hujus: *ipſa vita; gaudere Ad te, De te, Propter te: ipſa eſt, eſt altera.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Gaudium victorioſum.

Quia non ſolùm excedit cunctas ſenſus voluptates; veùm omnes etiam ſuperat mœrores & dolores corporis, in quibus, opinione S. Bernardi, per vigorem internæ conſolationis Spiritus ſancti *ſubmittitur ſenſus, non amittitur: nec deeſt dolor, ſed ſuperatur, ſed contemnitur.* Et S. Chryſoſtomus ſubjungit, omnes mortificationes externas abſorberi ab interna cõſolatione animæ, *Sicut in immenſum mare decidens ſcintilla.* Hanc veritatem agnovit quoque Seneca gentilis. *Gaudium virtutis non vincitur ab externis malis*, inquit ille, *quia ipſi à malâ feruntur.* Corporales namque afflictiones inferiùs tendunt, & extra partem ſuperiorem animæ exiſtunt; unde nec eam immutare poſſunt, propriam ei ſurripiendo pacem & lætitiam.

*Serm. 61. in Cant.*
*Hom. 10. ad Pop. Antioch.*

Propter alias quoque rationes gaudium juſti eſt gaudium victorioſum, illudque vocat Auguſtinus *victricem conſolationem*: quia eſt efficaciſſimum medium ad devincendas expugnandasque cunctas Dæmonis tentationes: *Vna eſt ratio vincendi inimicum, lætitia ſpiritualis.*

*S. Bern. in ſent.*
*S. Ant. in ejus vita. S. Athan.*

Denique gaudij hujus victoria in eo principaliter conſiſtit, quod *oſtendit Dominus animæ, quaſi in ſpeculo, & cum ineffabili gaudio, futurum æternum gaudium: & hortatur, ut veniat ad ſupremum Regnum.* Unde anima immenſo æternorum futurorumque bonorum percita gaudio, nihili æſtimat, imò deſpicit quæcunque hujus vitæ bona temporalia, ac nobilem de iisdem reportat victoriam & triumphum.

*S. Chryſoſt. to. 3. Hom. 2 de Pœnit.*

## Exultatio cordis.

Lætitia ſpiritualis appellatur à SS. Doctoribus exultatio & jubilũ cordis: etenim gaudium adeò magnũ eſt, & amplum, ut intra cordis penetrales limites contineri nequeat; ſed rapidi inſtar, & impetuoſi fluminis foras erumpat, neceſſe eſt. Quamobrem dicitur *exſultatio, quaſi extra ſaltatio*: quale erat jubilum & gaudium David, quandò ſaltabat coram Arca.

*2. Reg. c. 6.*

Sicut,

Sicut, qui corpore ſaltat (& eſt exemplum
broſij) diverſos efficit motus, varioſque ſaltu
diverſa loca, dextrorsùm, ſiniſtrorſum ſeſe ver
eundem modùm, qui ſpiritu ſaltat, ſecundum
S. Ambroſ. *modò in aëris ſublimitatem eripitur, modò ad*
*altiora tollitur, modò diverſis cogitationum*
*Paradiſum Cœlumque colluſtrat.* Hæc eſt
Juſti: *& eſt exultatio in re, unita cum*
Sperando namque æternum gaudium, in particip
ejus exultat.

## Tormentum Dæmonum.

Orig. 1. Reg. c.19. Lætitia ſpiritualis, ut eam appellat Origenes
gellum Dæmonum: *Quoties in Deo gaudemus*
*Diabolum flagellamus.* Enimverò ſatis
habent Diaboli, è ſpirituali juſtorum gaudio
ſuam promanare ruinam; quandoquidem
vere nequit gaudio aliquo deſtituta.
S. Greg. in Iob. conformiter loquitur S. Gregorius, *delectatur*
*aut infimis*: & hoc ipſo, quò cœleſtibus or
perioris delectatur rebus, ſpernit hæc inferiora
ci à Dæmone propoſita.

## Superat conſolationes ſenſus

S.T.q.31. a.4. Probat hanc veritatem S. Thomas ratione
ſatis evidenti. Quia ad delectationes
runt: bonum, potentia, & unio: & omnia
perfectiori modo reperiuntur in conſolatione
ctum enim delectabile ſpirituale perfectius
corporeo, quod ipſa etiam oſtendit experientia
quidem propter honorem, bonum, ut
privant ſe homines bonis corporalibus,
rùm, & delectationibus ſenſus. Et potentia
quæ eſt ſubjectum conſolationum ſpiritualium
fectior eſt potentiâ materiali, in qua recipiuntur
lationes corporales. Unio denique
cum potentiâ voluntatis perfectior eſt;

intrinſeca & intima: cùm ſenſus ſolùm tendat in accidentia; intellectus verò ipſam penetrat rei eſſentiam. Eſt & magis durabilis: corporalia enim bona corruptibilia & defectibilia ſunt, ubi ſpiritualia ſunt perpetua & indefectibilia.

Hinc concludit S. Chryſoſtomus: *Meliùs eſt, pauperem eſſe cùm virtute victitantem, quàm Regem cum malitiâ.* Cujus hanc adducit rationem, quia *pauper quidem animi deliciis perfruitur, exteriorem non ſentiens paupertatem ob divitias interiores: at verò Rex deliciatur in iis, quæ ad ipſum nihil ſpectant, in iis ſanè, quæ ad ipſum pertinent, plectitur: nimirùm, in animâ, in conſcientiâ, in cogitationibus.* q. d. Eligibilius eſt, eſſe pauperem virtuoſum, quam Regem vitioſum: pauper enim longè majoribus perfruitur conſolationibus, puta, ſpiritualibus animæ, ob quas exteriorem haud experitur paupertatem: at Rex bonis exterioribus, quæ non ſunt bona propria hominis, torquetur & cruciatur in bonis propriis, nempè, in anima & conſcientia. Chryſoſt. Tom. 4. Hom. 4.

Conſolatio verò hujuſmodi non acquiritur ſine mortificatione: quemadmodùm enim præmium ſupponit laborem, & ſecundùm menſuram ſudoris & laboris creſcit præmij quantitas; pari ratione conſolatio ſupponit mortificationem, & juxta augmentum iſtius creſcit etiam illa. Unde commune extat Sanctorum axioma & proverbium: *Da ſanguinem, & accipe ſpiritum.* Si vis gaudere, oportet priùs ſuſtinere. *Uva,* inquit Auguſtinus, *eſt in vite, & in torculari*; at diverſo modo: *in vite eſt integra*, ſed ſterilis, & ſine vino: *in torculari eſt calcata, ſed cum vino.* Eodem modo anima ſine tribulatione eſt ſterilis, abſque dulci vino conſolationis; aſt compreſſa & calcata in torculari crucis fertilis eſt, & cum ſuavi conſolationis liquore & ſapore. S. Aug. l. 51.

Prima igitur mortificatio cœleſtem ſupponens conſolationem, eſt abſtinere ſeſe ab omnibus ſenſuum deliciis & voluptatibus: *Nemo poteſt in carne, & in ſpiritu habere delicias. Quia ſicut nemo poteſt duobus Dominis ſervire; ſic nemo poteſt gaudere in ſæculo, & in Deo.* Orig. in Luc. c. 16.

*S. Aug. tom. 10. Serm. 38.*

Secunda eſt ſufferre ſponte lubenterque adv… fectus tribulationis & crucis. Sed adverte, … quod, ut optimè docent Sacri Doctores, … conſolationibus Mundanis, *non eſt aliquid …* *ſed commutare* Mundi conſolationes in alias long… liores, quales ſunt conſolationes ſpirituales, … miſſionem Chriſti: *Centuplum accipietis.* … namque & pax, quâ fruimur in paupertate Chriſti … tuplo melior eſt lætitiâ, quam percipimus in poſſ… diviciarum.

*Ethic. 10. S. Aug. in Conf. Tertull. tom. 1. de ſpect c. 29.*

Conſidera, quotieſcunque propter amorem D… nullam tibi ſubtrahis conſolationem & volupta… poralem, quâ ratione Deus continuò ſubin… tuum, & deliciis illud adimpleat ſuæ Naturæ … conformibus: enimvenò, juxta Philoſophum, … *voluptas, qualis ejus cauſa.* Quænam ſint hæ, … voluptatesque quodammodò exponit Tertull… *Quæ major voluptas, quàm faſtidium ipſius …* *quàm ſæculi totius contemptus, quàm vera liberta… quàm conſcientia integra, quàm vita ſufficiens, quàm … timor nullus.*

# CAP. V.

## *De Mediis, quibus continuum acqui… gaudium.*

## Primum medium.

### *Semper benè operandum eſt.*

*Eccleſ. c. 3.*

COgnovi, *quia non eſſet meliùs, quàm bene… lætari in vitâ ſuâ.* Ubi Spiritus ſanctus bon… perationem jungit cum conſolatione, quia una … alterius: & quantò magis creſcit bonitas opera… tantò magis creſcit etiam intenſio conſolationis. … mum igitur medium, ut ſemper læti & hilares …

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

erit ſemper benè operari : conſervantes nos ab omni etiam minimâ imperfectionis labe , & defectu voluntario.

Rationem hujus, quare bonam operationem ſubſequatur conſolatio & delectatio, reddit S. Thomas: *Quia ad delectationem duo requiruntur : & conſecutio boni convenientis, & cognitio talis boni.* Utrumque reperitur in operatione bona ritè, ſanctèque peracta. Qui enim perficit actum virtutis , cognoſcit bonum virtuoſum, eidemque , tanquàm objecto animæ rationali convenienti ſe adjungit & unit. 1. 2. q. 32.

Ergò, anima mea, hæc eſt via veræ lætitiæ, cauſa veri gaudij, veræque conſolationis fundamentum, operari ſemper benè, virtutum incumbere exercitio, procedere juxta dictamen rationis , & *ſecundùm rationes æternas.* Quod ſi lætitiam hujusmodi augeri percupias , non ſecundùm continuationem & extenſionem duntaxat; verum etiam ſecundùm intenſionem ; procura, ut actus virtuoſus quoque talis ſit , continuus , extenſus & intenſus, præſertim actus Amoris Divini. Quapropter, juxta conſilium Apoſtoli, *exerce te ad pietatem :* ambula in præſentia , & exercitio Amoris Dei , & rum hoc ſuavem cœleſtemque experieris conſolationem & lætitiam.

## Secundum medium.

### *Beneficentia erga proximum.*

CHaritas erga proximum efficax quoq; medium eſt, ut vivamus in continuo gaudio. Quod probat S. Thomas: primò , quia bonum proximi noſtri, propter amoris unionem, reputamus tanquam proprium. Unde , ſicut lætaretur quiſpiam de bono proprio ; ita gaudet de bono proximi ſui. Secundò, quia ratione boni proximo præſtiti debitum à Deo ſperat & præſolatur præmium , & ſpes eſt cauſa delectationis. Tertiò, quia, cùm quis benefacit proximo, in ſeipſo conſiderat *abundantiam quandam & excellentiam boni,* S. T. q. 32. a. 6.


propter

propter quam aliis benefacere poteſt, & hæc
ratio cauſat delectationem. Quartò, ratione
Charitatis proximi, quia amore Dei ſtimula
benefaciendum proximo, & amor Dei eſt cauſa
lationis. Quintò, & ultimò, ratione habitus
*unde liberales delectabiliter dant aliis.* Hoc igitur
mum medium erit, ut vita noſtra tranſigatur
lectatione & conſolatione; ſi ſemper fuerimus
in benefaciendo proximo, nullam prætermittentes
caſionem, quâ, ubi poterimus, non benefac
proximo. Et ſi iſta conſolatio percipitur in benef
tia corporali, quantò major erit in Charitate ſpi
cùm benefecerimus animæ proximi, procura
vera bona ſupernaturalia Gratiæ & Gloriæ.
cauſa Apoſtolus fideles à ſe converſos ap
Philip. 4. *Gaudium meum, & corona mea*, quia ſpiritua
fructus lætitiæ ſuæ cauſa erat, & propter labo
illorum ſuſceptos ſperabat coronam Gloriæ.

## Tertium medium.

### *Conformitas voluntatis humanæ cum Divina.*

S. Bon. to. 2. Diæt. Sal. tit. 8. c. 1. MAximum gaudium eſt, inquit S. Bon... *omnia ad nutum habere*, & *nihil ...*
Tales ſunt, qui voluntatem ſuam Divinæ prorſus
conformem, cuncta Divinæ ſubiiciunt volunta
nonniſi ea, quæ Deus vult fieri, volunt, qu
eadem omninò voluntas eſt cum voluntate D
Pſal. 113. nihil eſt, quod reſiſtere poſſit: *Omnia, quæcumque*
*facit in cælo & in terra.* Hanc ob cauſam illud
aſſerit: *Spirituale gaudium eſt à cœleſti gaudio*
*tum.* Sicut enim tota lætitia & gloria Beatorum
viſione executionis voluntatis Divinæ; ita
lætitia Juſtorum in terra, neceſſe eſt. Hic
abundans fluvius, torrens ille conſolationum

[vo]ptatum, quo Deus recreat conſolaturque ſervos ſuos in cœlo: *Torrente voluptatis tuæ* (vel, ut alia littera legit) *Torrente voluntatis tuæ potabis eos*: adeò, ut eadem res ſit *voluptas & voluntas Dei*: idem ſit facere voluntatem Dei, quod participare de gaudio Dei. Quare quo modo Beati in cœlo aſſiſtentes ante thronum Sanctiſſimæ Trinitatis Patris, Filij, & Spiritus ſancti ſemper gaudent, & infinito ſuffunduntur gaudio, quod in omnibus rebus Divinam conſpiciant adimpleri voluntatem: eodem modo anima ſemper ambulans in præſentia Dei, Sanctiſſimæ Trinitatis, Humanitatis Chriſti, & ſanctiſſimæ Matris, in comitatu Angelorum & Archangelorum cœli Incolarum, totum ſuum gaudium in eo conſtituet, quod in omnibus rebus, tàm proſperis, quàm adverſis videat adimpleri Divinam voluntatem. Sed de hac materia latiùs dicetur alibi, in exercitio conformitatis voluntatis humanæ cum Divinâ.

# Quartum medium.

## *Continua mortificatio.*

DUo veri gaudij principia ſacri Doctores aſſignant: ſpem, videlicet, præmij futuri, & tolerantiam Crucis præſentis: *Gaudendum*, ita loquitur S. Bernardus, *de iis, quæ exſpectamus: gaudendum de iis, quæ ſuſtinemus.* Quemadmodum namque nihil eſt, quod magis in Dei reſultat gloriam, nec plùs in noſtram redundat utilitatem, quàm pati propter Deum; ita quoque nihil eſt, quod majorem animæ conſert voluptatem & lætitiam, quàm ſi propter Deum patiatur. Proptereà S. Jacobus Apoſtolus aſſerit, quod idem pati, & in eodem pati propter Chriſtum, *ſit omne gaudium*, quia ſupponit, quod idem pati *ſit omne bonum*, ut alibi probatum eſt.

*S. Bern. de Verb. Dom. ſer. 2.*

*S. Iac. 1.*

*In exercit. de Paſſ. Chriſti.*

Ergò, anima mea, ſi vis ſemper gaudere, ſemper vivere in jucunditate & lætitia, Chriſti Cruci familia-

rem te exhibe: occaſionem patiendi indies à D[…] tibi oblatam prompto accepta animo: ibi […] non alibi, veram reperies lætitiam, veram pac[…] rumque in terris paradiſum.

## Quintum medium.

### *Bona Conſcientia.*

*Alb. Mag. in Parad. animæ c. 22*

ILle *veram* (& conſequenter continuam) […] *habet*, inquit Albertus Magnus, *qui ſyncera[…] conſcientiam*, / quopiam peccati ſtimulo […] dentem, *in omnibus factis ſuis.* Talis con[…] ait Sapiens, eſt continuum quoddam con[…] perpetuum jubilum, & gaudium: *Secura m[…] peccati timore, juge convivium. Maximu[…]*

*S. Chryſoſt. to. 5. adver. eos, qui tan tùm in feſtis conveniunt.*

*eſt bona conſcientia*, affirmat S. Chryſoſtom[…] *licet nobis, ſi velimus, per ſingulos dies feſtum […] ſi virtutem exerceamus, & conſcientiam […]*

*Hugo vict. lib. 11. c. 6. de anima.*

De eadem ſic diſcurrit Hugo de S. V[…] *Tranquilla conſcientia eſt, quæ omnibus e[…] nulli gravis, utens amico ad gratiam, […] patientiam, cunctis ad benevolentiam, & […] poteſt ad beneficentiam.* Verùm hac lætiti[…] fruuntur peccatores, qui cum omnibus […] ſuorum oblectamentis, quibus ad tempus […]

*S. Bonav. Diat. Salv. tit. 8. c. 1.*

ſemper ac continuò torquentur, affligun[…] duobus malis; *à conſcientiâ remordente, & […] dine cruciante.*

*S. Chryſoſt. to. 5. ep. 8. ad Olymp.*

Ac primum malum opinione D. Chryſo[…] pejus eſt, ac eſſe poſſit. Unde ab eodem ap[…] *Crudele tormentum, dolor inexplicabilis, verm[…] cordis tinea, carnifex perpetuus, jugis nox, […] funda, tempeſtas & turbo, febris non apparens, […] requiem non habens.*

*Apud Bon. l. c.*

De ſecundo malo ſollicitudinis S. Bernardus […] modi fert ſententiam: *Divitiæ mundanæ cum […] acquiruntur, cum timore poſſidentur, & cum do[…] mittuntur.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quapropter, ut benè advertit S. Bonaventura: *Justus jacet in lecto florido*: quia juxta mentem D. Gregorij, *Sancti nihil hujus Mundi appetunt, nullis corde tumultibus comprimuntur*. Et hujus rationem apportat S. Auguſtinus: quia *bibunt de flumine Paradiſi, cujus una gutta major eſt Oceano; unde tota ſitis hujus Mundi extinguitur*. Aſt peccatore contrario *jacet in lecto ſpinato*, propter ſtimulos & ſpinas paſſionum, quibus continuò pungitur & affligitur ob remorſum conſcientiæ, ob ſollicitudinem timoremque rerum temporalium. Et tametſi nonnullis videatur gaudere ſenſus voluptate; ſubitò tamen hæc ſuffocatur & extinguitur ab interna triſtitia remorſus conſcientiæ: quia *nulla quies exterior poterit delectare, quamdiu conſcientia habet, unde poſſit murmurare*.

*loc. cit.* *D. Greg. apud Bon. loc. cit.* *Holcot in Sap. 3.*

Hæc igitur via eſt, & medium ducendi ſemper vitam quantam fœlicem, vitam beatam, feſtivam & jucundam: *cantare canticum novum ſcire jubilationem, choros ducere cum Sanctis Angelis*. Beatus ille, qui puram & mundam ſtudet conſervare conſcientiam, *absque macula, & ſine ruga* ſeu gravi ſeu levi. Tunc enim *fiet in eo fons aquæ vivæ, fluvius pacis, fluvius voluptatis*. Ut meritò de eo dici poſſit: *Regnum Dei*, cum eadem gloria & gaudio Dei, *intra eum eſt*.

# Sextum medium.

## *Memoria Paſſionis Chriſti.*

Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo. Vult dicere juxta Alberti Magni expoſitionem: *Gaudebo in Domino Creatore, & exultabo in Deo meo Redemptore*. Et ſicut exultatio eſt lætitia quædam intenſior ac vehementior ipſo gaudio, ita quoque magis nobis plaudendum ac jubilandum eſt, inquit Propheta, propter Redēptionis, quàm Creationis beneficium: *Gaudebo in Creatore; at exultabo in Redemptore*.

*Iſa. 61.* *Parad. animæ c. 24.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Et ratio evidens eſt: quia per creationem ... Dei; per Redemptionem verò ipſum ... mediante Gratia per Paſſionem Chriſti ... ſtra.

Et Communis Sanctorum doctrina eſt, ... Paſſionis Chriſti binam præ ſe ferre faciem ... uno excitare dolorem, gaudium altero ... duobus modis conſiderari poteſt: primò, ... ſuam cauſam, quæ ſunt peccata noſtra: ... effectus ſuos, qui ſunt Redemptio noſtra; ... æterna nobis confert dona Gratiæ & Gloriæ. ... ſecunda conſideratio, quia fundata eſt in ... Gloria, ſummaque gloria noſtra, non poteſt ... ſare in corde verum ac continuum gaudium ... tionem.

## Septimum medium.

### *Memoria cæleſtis Gloriæ.*

S. Greg. S... *in æternitatem animum erigit: & ideò* ... *quæ exteriùs tolerat, ſentit: ſed magis gaudi*... *reſcit*, ait D. Gregorius.

Eandem doctrinam tradidit Chriſtus ... quando gaudebant, quod dæmones ad ...

Luc. 10. rumque nutum exirent è corporibus obſeſſis: ... *men in hot nolite gaudere, quia ſpiritus ſubiiciuntur* ... *gaudete autem, quia nomina veſtra ſcripta* ... Quibus eoſdem inſtruere voluit, quale eſſet ... ſolidum gaudium, *quod nemo tollit à nobis.* ... ceret: nolite gaudere de expulſione dæmonum ... namque etiam cum hoc damnari poſſunt; ... lætitiæ anſam præbere debet, quod nomina ... ſint in libro vitæ, quod ſitis è prædeſtinato... rum numero, electi ad æternam gloriam: ... cauſa veri ac continui gaudij, perpetuæque ... dum fundamentum. Ergò ſpes Gloriæ ... paliter in meritis Chriſti, in noſtris ſecundariò, ... fectæ continuæque lætitiæ cauſa eſt.

# Octavum medium.

## *Beneficium Incarnationis Verbi Divini.*

M*Aximum gaudium erit in cœlo*, aſſerit S. Bernardus, *videre Hominem, hominum conditorem*, videre, inquàm, eum nobis ſimilem, noſtrumque fratrem factum, qui eſt Deus eſt Creator noſter. *Reverà magnum eſt & mirabile, carnem noſtram ſursùm ſedere* ad dexteram Patris, *& ab Angelis & Archangelis adorari.*

*S. Bern. ap. Carthuſ. de 4. novi. 61.*

*S. Chryſoſt. apud Alb. Mag. in Parad. ani. c. 23.*

Hæc conſideratio ad maximam continuamque in terris conferendam lætitiam ſufficiens eſt, eò quod exercitium ſanctæ fidei ſuppleat defectum viſionis beatæ, veréque credatur, Deum nobis propinquitatis conſanguinitatisque nexu conjunctum eſſe, nec Angelum ſed hominem eſſe nobiſcum. Si conſanguinitas inter Magnates hujus Mundi contracta incredibilem Mundo præbet lætitiæ occaſionem, quantò magis propinquitatis nexus noſtræ naturæ cum Divina? *Nobiſcum Deus*, ex noſtra progenie, ſtirpe, & ſtemmate oriundus. Hoc eſt fundamentum omnis veræ lætitiæ, ait Albertus: *quia Deus humanam naturam in tantum ſibi univit, ut verè dicatur Deus eſſe homo, & homo eſſe Deus: & quidquid Deus habet per naturam, homo habet per gratiam.*

*Alb. Mag. Parad. 23.*

# Nonum medium.

## *Amor Chriſti.*

VAlde efficax eſt hoc medium , ut è corde
cunctam diminuemus triſtitiam , eamque
cem quandam, continuamque convertamus læ
ac vitæ quaſi beatæ gaudium. Et quid, quæſo,
eſt coramore Jeſu illigatum & captum, quàm
quod Beatum? Homo ardenter amans Jeſum,
quàm beatus in terra , fœlici gaudet vita, omni
dine & gaudio repleta. Idque doctrinæ S.
S. Pet. ep. 1. Petri planè conforme eſt, cùm ait : *Quem,*
*videritis, diligitis : in quem nunc quoque non*
*creditis : & videntes exultabitis* ( vel ut alij
*exultatis, lætitia inenarrabili, & glorificata.* Q
verbis docet nos Apoſtolus, tres actus nobis
dos eſſe in Chriſtum : cognitionis , Amo
Gaudij. Et gaudium illud vocat lætitiam
catam , talem , inquàm , lætitiam , quæ
municatio & participatio quædam æternæ
& Gaudij beatifici. Quicunque igitur deſider
hilariterque vivere , in terra converſari inter A
cœleſteſque inter delicias quieſcere , unico ſolo
re , unico ſolo deſiderio unico ſolò affectu ,
videlicet , & ſancto amore JESU Chriſti cor
præmuniat & repleat, neceſſe eſt. Etenim hic
amor talis naturæ eſt , ut , ubicunque
inexplicabilem proferat dulcedinem, ſicque
*pertus poteſt credere , quid ſit IESVM diligere*
S. Bernard. quidem *eſt dulcis memoria , dans vera cordis*
Eandem veritatem docet nos Spiritus ſanctus:
Eccleſ. c. 1. *Domini* ( id eſt filialis ) *delectat cor , & dabit*
*tiam , & gaudium , & longitudinem dierum.*
*ria & gloriatio , & lætitia , & corona exultationis*
Amor Dei ſuo influxu tribuit cordi , quod

dona cœleſtia conſolationis, exultationis, Gloriæ, ſummique Boni, quod eſt gaudiorum omnium fundamentum.

# Decimum medium.

## *Devotio erga Beatiſſimam Virginem Deiparam.*

NOn *habet amaritudinem converſatio illius, nectadium convictus illius, ſed lætitiam & gaudium.* Sap. 8.
Quæ ſententia primariò & principaliter verificatur de Sapientia increata & incarnata; at ſecundariò eandem SS. Patres intelligunt B. Virgine, cui, tanquàm veræ benignæque Matri ſingularis hæc competit proprietas, ut cordibus devotorum filiorum ſuorum gaudij infundat ſpiritum, ſpiritualemque lætitiam.

Quapropter Arca Dei, ſanctiſſimæ Dei Matris figura, quemcunque locum, in quem divertebat, cœleſti replebat benedictione, ſpirituali lætitia, & conſolatione. Unde David *adducebat Arcam Dei cum gaudio:* & in ſignum gaudij, quod ſentiebat in corde, *ſaltabat totis viribus coram Arca.* Neque id mirum, quia, cum ſit Mater *pulchræ dilectionis*, puri, ſanctique Amoris: Mater quoque eſt puri ac veri gaudij, effectus, utpotè, Divini Amoris. 1. Reg. c. 6.

excipiendi confeſſiones. Tertiò, de modo præ
ſeu concionandi.

# CAP. XI.

## *De modo converſandi cum proximo.*

INter omnia miniſteria & exercitia animarum
utilia, illud imprimis Sacri Doctores cenſuerunt
dè proficuum, in quo cum ædificatione conv
cum proximo noſtro. Idque confirmatur ex
Christi D. N. qui propterea, ut docet S. Thomas
*elegit vitam ſolitariam, ſed ſocialem.* Verum, ut
converſatio talis ſit, qualis à nobis requiri
ſuumque ſortiatur finem, nonnullas exigit con
nes.

Prima, debet eſſe ſpiritualis propter ſpiritualem
marum ſalutem: non ſæcularis, neque propter
ſæcularia inſtituenda eſt. *Nemo militans Deo,*
2. Tim. 2. Apoſtolus, *implicat ſe negotiis ſæcularibus.* Ra
quia finis Religionis eſt Charitas Dei & proximi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

non in bonis temporalibus ſeu ſæcularibus ; ſed in ſpirituali ſalute proximi conſiſtit. Quod confirmatur exemplo Chriſti ; qui rogatus, ut inter duos fratres litem quandam ſæcularem decideret, abſolutè id facere Luc. 12. recuſavit, dicens: *Quis me conſtituit Iudicem, aut Diviſorem inter vos?* Unde S. Ambroſius: *Terrena declinat, qui propter Divina deſcenderat? nec Iudex dignatur eſſe litium vivorum, habens mortuorum judicium.* Idem 1.Cor.6. præſcribit Apoſtolus: *Si in vobis (id eſt per vos) judi-* S.Thom. *cabitur Mundus, indigni eſtis, qui de minimis (id eſt de negotiis ſæcularibus) judicetis* Negotia igitur ſæcularia, in quantum ſæcularia contradicunt Religioſo; eadem autem facta ſpiritualia, *ex fine ſupernaturali*, convenire poſſunt, & licita ſunt Religioſis. Quod, ſecundum S. Thomam, fit quatuor conditionibus. Prima. 2.2.q.167. *Non fiant ex cupiditate, id eſt, propter lucrum aliquod tem-* a.2. *porale.* Secunda. *Fiant ex charitate & amore, quo proximus in Deo diligatur; qui eſt finis Religionis.* Tertia. *Fiant ex obedientia, quia Religioſus non habet velle, neque nolle.* Qua de cauſa, ut notat S. Thomas, ait Apoſtolus: *Implicat ſe, ſcilicet voluntariè: non cùm implicatur à Superioribus.* Quarta. *Cum debita moderatione fiant,* ne impediantur exercitia ſpiritualia Religioſis propria: hæc enim negotia ſuſcipienda ſunt in ordine ad Charitatem Dei & proximi: ergò exercenda ſunt cum debito moderamine & menſura, ut proſint, non noceant huic fini. Quamobrem Chriſtus corporalia non conferebat beneficia, niſi in ordine ad ſpiritualia, ac miraculosè ſanabat corpora, ut ſpiritualem elargiretur medelam animabus: ideoque, priuſquam conferret ſanitatem, petebat ab infirmis, an crederent, & fidem haberent. Hoc documentum de non intricando ſe negotiis ſæcularibus, optimè obſervavit S. Ignatius: rogatus enim ab aliqua perſona, ut ei locum procuraret in aula cujuſdam Principis; ita, reſpondit, in aula cœleſti magni Princi- *In ejus vi-* pis Dei, non in aula Principis terreni. Refugit quoque *ta.* promovere matrimonia ſuorum Conſanguineorum. Et in aliis ſimilibus negotiis, *Orationis tantùm opem promittebat.*

Secundò. Converſatio cum proximo non tantùm

debet eſſe ſpiritualis, verùm etiam in præſenti [illegible]
verſemur cum proximo, at ſimul cum Deo: lingua
proximum, manus ad proximum; ſed cor ad [illegible]
pariter dirigatur: nunquàm converſatio proxim[i]
ſolitaria, ut exulem patiatur converſationem De[i]
Stim. Amo. Divi. p.2. c.1. hæc ſemper comitetur illam. S. Bonaventura
dum hujus præſentiæ exponens ait: *Primò, [in]*
*converſationem faciem mentis ad æternum lumen con-*
*verte, & ad ejus ſplendorem in ſpiritu conſortare. Se-*
*cundò, interior homo ad interiorem proximi converta[tur]*
*& abſtine ab exteriori, quantùm potes, niſi in qu[an-]*
*tum ad interiorem ordinatur: & conſidera ipſum [ad i-]*
*maginem Dei factum, & Chriſti Sanguine redemptum.*
*Tertiò, dic cum Apoſtolo: Non judicavi me ſcire [aliquid]*
*inter vos, niſi IESVM CHRISTVM, & hunc Cru[ci-]*
*fixum: & convertendo animas, cogita, Chriſti Sang[ui-]*
*nem recolligere, & inebria eas Sanguine, non cum[...]*
S. Pater Ignatius vult, ut ij, qui converſantur [cum]
proximo, talem habeant Divinam præſentiam, [qua-]
lem habent Sancti Angeli. Primò, Sancti An[geli]
priùs aſſiſtunt, quàm miniſtrant, nec inquietan[tur]
quandò non miniſtrant. Secundò, nonniſi [...]
miſſi à Deo deſcendunt miniſtratum proximo. Ter-
tiò, miſſi, eâdem celeritate & lætitiâ aſcendunt, [qua]
deſcendunt: veluti figurabant Angeli aſcendentes
deſcendentes per ſcalam Jacob. Quartò, quando [mi-]
niſtrant, non deſiſtunt ab aſſiſtentia. Quintò, [quo-]
cunque eventu conſtituti ſunt in pace & gaudio [im-]
perturbabiles. Ex hac Divina præſentia, juxta [men-]
Hom. 14. in Evang. tem D. Gregorij, accidit, ut, quotquot [illis ſe]
adjungunt, *quaſi ex ſalis tactu æternæ vitæ ſapore con-*
*diantur.* unde Salvator eos vocat Sal terræ. E[...]
probat S. Chryſoſtomus efficaciam converſionis: [...]
namque movens animas eſt Chriſtus: qui prout eſt De[us]
eſt cauſa principalis: prout homo, eſt cauſa [in-]
ſtrumentalis primaria. Et mediante hac præſenti[a]
eadem participamus virtute, de eodem ſpiritu Chriſti.
Quemadmodùm magnes, inquit ille, *ferrum trahit: [...]*
*ferrum virtute magnetis affectum etiam trahit: [...]*
*imbuti moribus & Chriſti virtutibus alios trahunt*

Propter quod S. Ignatius volebat, ut operarius Christi operaretur, non ut homo ordinarius; ſed *ut Inſtrumentum Dei*, operando per virtutem participatam & ſibi communicatam à Deo, *ut motum à Deo, agens cum Deo, & ordinatum ad Deum.*

Tertiò. Converſatio cum proximo ardens inſuper ſit, oportet, ut omnes trahantur & accendantur in amorem Dei: *Si amatis Deum*, monet S. Auguſtinus, *rapite omnes ad amorem Dei, & dicite: Magnificate Dominum mecum.* In hunc amorem trium conſideratione motivorum accendi poſſumus. Primò, conſideratione Gloriæ, gaudijque quod Deo tribuimus in converſione animarum: *Magna feſtivitas Deo, humana ſalus,* affirmat Origenes. *Et lucrum Creatoris,* Orig. ſubdit Hieronymus, *ſalus creaturæ.* Ideò dicebat: *Congratulamini mihi, quia inveni drachmam, quam perdideram.* Secundum motivum eſt Sanguis Chriſti; *& hæc eſt tota animæ dignatio*, aſſerit S. Bernardus. Etenim valor rerum deſumitur ex pretio: unde animam appellat *dignam Sanguinis CHRISTI compenſationem.* Tertium motivum eſt pulchritudo animæ, de qua dicere ſolebat S. Catharina Senenſis: *Si quis videret eam: ſi poſſet, centies in die pro eius ſalute mortem ſubiret.* Et oſculabatur terram pedibus Concionatorum calcatam, pronunciando eos Beatos. De S. Ignatio legitur: *Ex quo vidit pulchritudinem animæ; aliud non curavit, & ad hunc finem ſocietatem inſtituit.* Et præter motivum gloriæ Dei hæc duo eidem ſancto viro valde familiaria erant in converſione proximi: *Conſiderabat animarum pulchritudinem & pretium: & ideò maxima cum lætitia accurrebat ad ſalutem proximorum.* Hiſt. Soc. 61 n. 113.

Quartò. Zelus animarum debet eſſe ordinatus ſecundùm ordinem Charitatis, ita, ut opem ferendo aliis, non deſit ſibiipſi, & ſeipſum negligat. Magna habenda eſt circumſpectio & cura, *ut illi convertantur ad te,* veluti ait Propheta, *& tu non convertaris ad eos.* Hiere. 19. Debemus nos gerere, ſicut ignis *omnia ad ſe convertens.* S. Ignatius hujuſmodi dabat conſilium: *Sermonis initia illis date, extrema vobis reſervate.*

Mul-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*lib. de Conſid. ad Eugen.* Multùm quoque prodeſt conſilium S. Bernardi: *tradat ſe negotiis, ſed accommodet; & actionem ratione præmuniat.*

Ut ritè ſervetur hic ordo, actus noſtri debitè ſubordinandi ſunt Divinæ voluntati: *Non enim fas eſt,* *De cœleſt. Hier. c. 3.* Divinus Dionyſius, *Sanctorum perfectoribus operari, præter ſanctas ordinationes, & Dei qui præfixit & ſtatuit, quos & quem debeat & quantùm & qualiter.* Secundùm charitatem ordinatam, quatuor, ut docet S. Auguſtinus, amanda: *Tom. 3. de Doct. Chr. lib. 1. c. 23. & 26.* *Primum, quod ſupra nos eſt,* nempè Deus. *quod intra nos eſt, quod nos ſumus. Tertium, nos eſt,* videlicet anima proximi. *Quartum nos eſt,* nimirùm, proprium corpus. Plùs appetendus & appetendus eſt Deus, quàm propria ſalus: ſalus propria, quàm ſalus proximi: plùs deſideranda æſtimandaque ſalus ſpiritualis proximi, quàm proprium corpus. Et cum hoc ordine Charitatis cum proximo converſatio optima erit, cederque in ſpiritualem animarum utilitatem, & Dei gloriam. de ſubſidio proximi in communi: agemus modò de ſubſidio & ope proximo præſtanda in particulari, per Confeſſionem, & Prædicationem.

# CAP. XII.

## *De officio Confeſſarij.*

POteſtatis ſacerdotalis, qua Sacerdos peccata remittit, & confert gratiam in Sacramento Pœnitentiæ, *De Sacr. l. 3* eminentia talis eſt, ut D. Chryſoſtomus affirmare dubitarit, Patrem æternum eandem Sacerdoti potestatem, quam dedit proprio Filio: *Pater fariam dedit Filio poteſtatem, & ipſam eandem riam poteſtatem dat Sacerdotibus.* Poteſtatem, non materialem & terrenam; ſed ſpiritualem ſtem ſupra bona Gratiæ: aperiendi cœlum, &

infernum: ligandi & ſolvendi non jam corpora ſed animas. Eadem poteſtas Sacerdotibus conceſſa in perſona Apoſtolorum confirmata fuit à Chriſto D. N. *ſicut miſit me Pater, ego mitto vos.* [*Ioan. 4.*] q.d. cum eadem poteſtate, qua fui miſſus à Patre, mitto vos: ideòque *accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.* In virtute hujus poteſtatis, adjungit idem S. Chryſoſtomus, [*loc. ſup. cit.*] Sacerdotes transgrediuntur confinia naturæ, tranſcendunt eſſe humanum, & ad eſſe Divinum ſublevantur: *Quaſi in cœlum translati, ac ſupra humanam naturam poſiti, atque noſtris ab affectibus exempti, ſic illi ad Principatum iſtum perducti ſunt.*

In ejusdem poteſtatis virtute, reſumit Nazianzenus, [*Orat. 21. fol. 140.*] habet Sacerdos ex officio *Imaginem Creatoris reſtaurare: ſuperno Mundo Opificem agere: & quod majus eſt, Deum eſſe, & aliòs Deos efficere.* Et ſicut, opinione D. Gregorij dixit Deus Moyſi: *Conſtitui te Deum Pharaonis, non naturâ, ſed eminentiâ poteſtatis;* [*Exod. 7.*] eodem modo de Sacerdote dici poteſt: *Est Deus hominum, non naturâ, ſed excellentiâ poteſtatis.*

Demiratur S. Auguſtinus poteſtatem Sacerdotis in [*in Pſal. 77.*] conſecrando panem & vinum in Corpus & Sanguinem Chriſti: *Veneranda*, inquit ille, *Sacerdotum dignitas, in quorum manibus, velut in utero Virginis, Deus incarnatur.* Verùm, ſi ita dicere liceat, pluris eſt facienda poteſtas ſupra corpus myſticum Chriſti, quàm poteſtas ſupra corpus naturale. Enimverò cum hac fungitur officio humanandi Deum, cum illa habet officium Deificandi hominem: plus eſt communicare eſſe Divinum homini, quàm eſſe humanum Deo.

Hæc poteſtas Sacerdotalis, ſicuti benè advertit S. Ambroſius, [*De dignit. Sacerd. c. 2.*] ut ſit talis, qualis poſtulatur à Sacerdotibus, debet eſſe unita excellentiæ & eminentiæ virtutis: *Nihil eſt excellentius in hoc ſeculo Sacerdotibus ſi quod ſumus profeſſione actione demonſtremus.* Nobisque cavere debemus, ut notat idem S. Doctor, *ne, cùm profeſſio ſit Deifica, actio ſit illicita.*

Exod. 28. In Exodo præcipiebat Deus, ut ſummus ſacerdos in fronte geſtaret deſcriptum nomen Dei, quod ſignificabat poteſtatem officij: at ſimul volebat, ut in pectore deferret hæc duo alia: *Doctrina & veritas*, quæ ſignificabant ſanctitatem propter proximum. Id eſt, quia officium Confeſſarij, non Judicis dumtaxat, ſed Patris officium eſt: qui non ſolum judicare, verùm etiam oratione, exemplo & exhortatione proprios filios adjuvare, & ad ſalutem perducere debet: & tanquàm Pater non præſentis ſed futuri ſæculi eosdem regenerare ad veram vitam Gratiæ.

Verum, quem gradum attingere debet Sacerdotis ſanctitas? ſimilis ſit, oportet ſanctitati Dei: & ſicut participat in eminenti gradu poteſtatem Dei, ita imitari debet illius ſanctitatem.

Propria Dei ſanctitas, ut docet Areopagita, *est ab omni labe libera, & perfectiſſima puritas*. Et hanc imitari debet Sacerdos. Primò, in puritate mentis. *Sacerdotem ſic eſſe purum, neceſſe eſt*, aſſerit D. Chryſoſtomus, *ac ſi in cœlis ipſis collocatus inter cœlestes illas virtutes medius ſtaret.* Secundò in charitate & deſiderio ſalutis animarum: & in hunc finem omnes noſtri affectus ordinandi ſunt, veluti conſulit D. Auguſtinus: *Timeamus, ne pereant homines Christo: cupiamus acquirere homines Chriſto: triſtemur, cùm perit aliquis Chriſto: lætemur, cùm acquirimus homines Chriſto.* Tertiò, in patientia Dei tolerantis & longanimis, Apoſtoli obſervando dictum: *Manſuetum eſſe ad omnes, docibilem & patientem* oportet.

Præterea pro praxi & exercitio audiendi confeſſiones, armis ſanctæ orationis inſtructus mentem ad
S.Chryſoſt. Deum ſuſtollere debes ac dicere: *Cor mundum crea in me Deus* (cor Apoſtolicum, quaſi cor Pauli, à D. Chryſoſtomo dictum *cor orbis*) *Et ſpiritum rectum innova in Viſceribus meis*: ſpiritum ſanctæ charitatis ad ſolam Dei gloriam, ſalutemque animarum ordinatum. *Ne projicias me à facie tua, propter peccata mea: & Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me*, quo ſanctificabis me & proximum [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Redde mihi lætitiam ſalutaris tui*, gaudium Spiritus ſancti ſuperans omnem acediam & triſtitiam: *& ſpiritu principali confirma me*: infundendo animæ meæ verum ſpiritum Chriſti. *Docebo iniquos vias tuas*, viam ſalutis cum auxilio gratiæ tuæ: *& impij ad te convertentur*, ad adorationem & amorem ſancti tui Nominis.

Secundò, mente & cogitatione apertum Chriſti latus intrabis, conſiderabisque, quanti ipſemet Chriſtus unicam ſolam æſtimet animam, cùm tempore abſolutionis eam Sanguine ſuo aſpergat, purificetque.

Tertiò & ultimò, *Ad paradiſum mente tranſgredere*, ibidem contemplando, quanta ex converſione peccatorum redundet gloria in ſanctiſſimam Trinitatem, quanta lætitia in Angelos, quantum gaudium in Sanctos, quantaque exultatio & jubilum in totam Jeruſalem cœleſtem. Et hoc erit gaudium tuum, Dei, cunctorumque civium cœli.

# CAP. XIII.

## *De Officio Concionatoris.*

Concionatoris officium, juxta Areopagitam, Divinum eſt officium & miniſterium, ac proinde modo ſacroſancto ac Divino peragendum eſt. *Sanctis & incontaminatis, diſtinguenda Sancta Sanctorum.* Sacra & Divina myſteria mediis proportionatis diſtincte explicanda ſunt. Rationem reddit Angelicus: quia modus *debet eſſe proportionatus materiæ, alioquin deſtruitur materia: ut, ſi quis explicaret Metaphyſicalia, per Mathematicas.* Ergò materiæ prædicationis, quæ eſt ipſa *veritas*, congruus & proportionatus non erit modus dicendi affectatus & vanus. Hoc ipſum reprehendebat Apoſtolus: *Adulterantes verbum Dei.* Ex textu Græco vertitur, *cauponantes.* Sunt quaſi venditores vini, qui varia miſcent vina,

*De cæleſt. Hier. c. 2.*

*S. Th. in ep. Paul.*

*2. Cor. 2.*

non

non pura , ſed aqua ſæpenumerò permiſta
vendunt : ita hujusmodi concionatores præ
Verbum Dei ; at ſimul propriam gazur
riam.

Sed deſcendamus ad ſpecialiora: modus præd
in tribus punctis conſiſtit : in qualitate verbor
conceptuum, in ſtylo compoſitionis, ac denique
efficacia dicendi.

Quantum ad primum , modus dicendi & co
mandi , ſecundùm quod etiam docet Apoſtolus,
1. Cor. 2. debet conſiſtere *in ſublimitate ſermonis :*
*ſcilicet , & conceptibus vanis* , veluti exponit S. T
mas , *non in ſublimitate ſapientiæ* , quæ eſt
humana ſæcularis & mundana ; ſed explicand
Divina myſteria verbis gravibus & maturis.
Concionator , juxta mentem Apoſtoli, Chriſti
1. Cor. 10. tus eſt ( *Prò Chriſto legatione fungimur* ) legat
prædicationis ſuæ , quantum fieri poteſt, pro
Matth. 16. debet ipſiſmet verbis CHRISTI. *Non eſtis*
*loquimini ; ſed ſpiritus , qui loquitur in vobis.*
Concionator , uti monet D. Auguſtinus,
De doct. verbis impendere debet ſtudium: *Rebus potiu*
Chr. c. 10. *quàm verbis : nec Doctor verbis ſerviat , ſed*
*Doctori.* Neque concionem exornare debet
*verborum ambitu.*

Quantum ad ſecundum, ſtylus debet eſſe
non affectatus: ſolutus non ligatus. Unde S. Au
ſtinus reprehendit Concionatores , qui ſermon
ſingula verba mandant memoriæ : concio namque
ditoris capacitati debet eſſe conformis. Et
demque res variis modis exponenda eſt , quo
auſcultans innuat, aut ſignum oſtendat, ſe percep
quod dicitur. Hæc ſunt S. Doctoris verba:
*tem motu ſuo ſignificare avida multitudo*
*utrum intellexerit : quod donec ſignificat verſ*
*quod agitur , multimoda varietate agendi ; q*
*ſtate non habent , qui præparata & ad verbum*
*retenta pronunciant.*

Ad tertiũ, quod attinet, nimirũ, ad efficaciã d
*Adſit in verbis,* inquit Origenes, *cæleſtis gratia*
qua

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

..tem habebat Apoſtolus, cùm dicebat: *Evangelium noſtrum fuit ad vos, non in ſermone tantùm: ſed in virtute, in Spiritu ſancto, & plenitudine multâ.* Hanc vim imprimendi id, quod dicitur, aſſequetur Concionator per .. orationis ſtudium. Quamobrem conſule.. Auguſtinus Concionatori: *Sit Orator, antequam Concionator:* & in oratione impetret effectum, ..mque prædicationis. Ita legitur de S. Bernardo, .. cùm in concione aliqua nonnullos, uti optabat, ..vertere non poſſet, poſt concionem mediante oratione impetravit eorum converſionem. Concludamus ..hoc Sancti Apoſtoli appoſita ſententia, in qua to..id, quod Concionatoris poſtulat officium, paucis .., & complectitur verbis: *Ex Deo, coram Deo, in Chriſto loquimur. Ex Deo:* quia, quod proponit & loquitur, à Deo accipere debet. *Coram Deo,* & in Divina præſentia prædicandum eſt. *De Chriſto,* & Chriſtus ſit materia ſermonis: *Prædicamus Chriſtum Crucifixum.* ..a igitur mentem Apoſtoli concio tota debet eſſe ..leſtis & Divina: à Deo, & in Deo, de Deo; & per ... Principium debet eſſe Deus movens & inſtruens Concionatorem. Medium, ipſemet Deus, quia in ..tione Divinum petendum eſt auxilium, ut, cùm Concionator exteriùs loquitur auribus, interiùs Deus loquatur cordi. Finis quoque debet eſſe Deus, quia Deus manifeſtandus eſt, & ad gloriam ejus ſermo inſtituendus, & hæc de modo prædicandi, & exercitio Zeli animarum.

Theſſ. 1.

2. Cor. 2.

# EXERCITIU[M]
## QUARTUM.

### *De Virtutibus in communi.*

Et

### *De Medis, quibus eadem acqui-runtur.*

## Primum Medium.

AD virtutes comparandas, iisque ben[e] ... das, magno nobis debet eſſe auxili[o] ... mulo, tùm excellentiæ, tùm ne[ceſſitatis] earundem conſideratio. Commun[is] ... pientum ſententia eſt, inter omni[a] ... primatum ſibi vendicare bonum virtutis. *Bonum* ... *tutis optimum.* Primò, quia perficit optimam ... partem, nimirùm, animam, potentias ration[ales] ... ſenſitivas. Secundò, quia conſervat bonum ... *quod eſt optimum hominis.* Tertiò, quia diſ[ponit] ... optimam ad operationem (*eſt diſpoſitio perfecti ad opti-*
*mum*) & optimum habet operandi modum, prom[ptè] ... perſeveranter & lætanter. Quartò, quia nos ... & dirigit ad optimum & ultimum finem æternum ...

*Auguſt.*
*Seneca*
*Ethic.*

tum. Quintò deniquè, quia animæ noſtræ veram perfectamque imprimit Dei ſimilitudinem: *Divina ſpecies per virtutem in nobis exprimitur.* Etenim Deus in ſeipſo, & in omnibus operibus ſuis eſt ipſa rectitudo, ipſamet justitia & ſanctitas per eſſentiam (*Sanctus Dominus, & ſanctus in omnibus operibus ſuis*) Virtus ſimiles progenerat effectus in animâ, reddendo eam regulatam & rectam in ſeipsâ, & in omnibus actionibus ſuis: rectam in judicio, cùm judicet res in veritate ſuâ, ſicut ſunt, non veluti apparent; rectam in intentione, dùm ſemper ultimum reſpicit finem; rectam in affectu; nulli enim alteri, niſi ſummo bono ſuum impendit amorem; rectam in verbis, cùm nunquàm deviet à veritate; rectam in operibus, quia ab eo, quod juſtum eſt, nunquàm diſcedit. S. Greg. Niſſ. Pſal. 4.

Ut concludam, quæ circa excellentiam virtutis proponi poſſunt, ſatis eſt ſi, quod ejus ſit principium & finis, in medium proferam. Principium virtutis eſt Gratia, finis eſt Gloria. Unde jurè merito juſtus & virtuoſus comparari poteſt arbori vitæ: cujus radix eſt Gratia, truncus charitas, rami virtutes, flores opera meritoria, fructus præmium Gloriæ, quemadmodùm à contrario, vitioſus appellari poteſt arbor mortis, cujus radix eſt peccatum originale, truncus fomes peccati, rami vitia, flores opera mala, fructus pœna æterna. Neque veritas hæc latuit gentiles Philoſophos: ſiquidem inter cæteros Ariſtoteles aſſerere non dubitavit, dignitatem virtutis eſſe dignitatem ſuperhumanam: *Et excellentes virtute dicuntur Dij, & viri Divini.*

Dignitati virtuti adjungitur utilitas. Enimverò, ut aſſerit S. Bernardus, veræ divitiæ animæ, non ſunt divitiæ temporales & mundanæ; ut ſunt aurum & argentum, quæ nec ſunt divitiæ veræ, nec noſtræ; non veræ, quia nonniſi terra ſunt, rubra & alba: non noſtræ, quoniam, *cùm interieris, non ſumes omnia:* eas tecum non feres ad alteram vitam, ex hac migrando vitâ. *Veræ ergo divitiæ non opes ſunt, ſed virtutes: quas ſecum conſcientia portat, ut in perpetuum dives ſint.* Serm. 3. de Advent. Dom. Pſal. 48. S. Bern.

Sunt inſuper virtutes neceſſariæ ad ſalutem. Nam propter peccatum remanſit anima debilis, infirma, &



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

deterior facta eſt. *Vulnerata in naturalibus, & ſpoliata*
S.Th.1.2.q. *ſupernaturalibus.* Vulnerata in intellectu per igno-
85.a.3. tiam, in voluntate per malitiam, in iraſcibili per in-
S.Bona. firmitatem, in concupiſcibili per concupiſcentiam.
de refor, Ab his ergò vulneribus eripienda, & curanda eſt anima
capit.5. non aliis mediis & medicinis, niſi virtutibus. Re-
natur intellectus prudentiâ: voluntas juſtitia; iraſci-
bilis fortitudine, concupiſcibilis temperantia. Ex
dictis ſequitur, virtutem pluris æſtimandam eſſe,
quàm omnes totius Mundi ſcientias: ſcientia ...
te efficiet bonum Philoſophum, bonum Mathematicum, ...
non bonum hominem, nec bonum Chriſtianum: ...
virtus intellectum ſimul cum voluntate perficit, ...
feſtat veritatem objecti, ejusque legitimum ...
ſecundùm omnes circumſtantias debitas. Unde ...
Aug.lib.de D.Auguſtinus, virtutes morales Gentilium ...
moribus veras virtutes: *Deficiebant, non ſolùm in genere ...*
Eccleſ. *torij, ſed etiam in genere moris.* Non enim habebant ...
finis boni circumſtantias, eò quod operabantur ...
propria fama, & vana gloria, quæ in eis, removebat ...
operationem voluntatis ordinatam ad ſuum ...
ſtum, eamque removebat à convenientia & ...
tudine, in quâ tota conſiſtit honeſtas. Quam ...
rem idem S. Doctor concludebat: *Nihil eſt bonum ...*
*ſummo bono.* Nulla eſt virtutis bonitas ſine ordine ...
formali, aut virtuali, ad ſummam bonitatem, quæ ...
bonitas Dei.

## Secundum medium.

Sedulò curandum eſt, ut intellectus & voluntas ...
Ethic.1. (ſecundùm Ariſtotelem) ſunt duo virtutum, ...
rumque virtuoſarum actionum principia (intellectus ...
ordinando, voluntas eligendo & exequendo) ...
clives ad bonum rationabile, ad bonum ſecundùm ...
ſtatē Magnum donum eſt, ait S. Bernardus, habere ...
Ad fratres voluntatē: *Quia bona voluntas in animo eſt origo ...*
de monte. *bonorum, & omnium mater virtutum: ſicut ...*
*mala voluntas eſt origo omnium malorum & ...*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...ũc Auguſtinus loquens de virtute, dicit: *Virtus eſt* *...a voluntas*: in quantum bona voluntas eſt cauſa ...num virtutum. Sicut ergò bona voluntas, vir-...tum Mater, eſt donum Dei; ita à Deo petenda eſt: ...quidem ſecundùm S. Bonaventuram tribus modis, ...pore principalioribus. Primò, continua mortis me-...oria: hæc enim conſideratio retardat voluntatem ab ...ppetitu bonorum ſenſibilium virtutibus oppoſitorum. ...cundò, frequentia orationis: quia *Oratio elevat* *...ntem ſuper ſe ad Deum, & impetrat ab ipſo ſanitatem* *...rtutum, contra infirmitatem vitiorum.* Tertiò, tole-...ntia & patientia in tribulationibus. *Qui deſiderat* *...ia planè vincere, ſtudeat humiliter purgationis ſuæ* *...agella tolerare.*

*S. Bona. de reformat. mentis. c. 5.*

*Gregor.*

## Tertium medium.

Optimum medium pro bono uſu & adeptione vir-...tum eſt, tollere impedimentum paſſionum. Quod fit, ...iciendo eas rationi, ut ſint *adjumenta & inſtru-* *...enta virtutum; non impedimenta & inſtrumenta* *...tiorum.* Tali modo, ut ſicut in Adamo aureo ju-...ſtitiæ originalis freno adeò regulatus & frenatus erat ...ppetitus ſenſitivus, ut alium non habuerit finem, quàm ...t ſerviret & cooperaretur appetitui intellectivo, in ...tione ad bonum honeſtum virtutis, & ad ſummum ...bonum Beatitudinis; ita modò idem appetitus per pec-...catum factus effrenis refrenandus eſt virtutis freno, ...ut passiones noſtræ à terrâ abſtractæ tendant in ...cœlum: nec occupentur ampliùs in ſatisfactione amoris ...proprii, ſed gloriæ Dei; ut cum David dicere poſſimus: *...meum & caro mea* (nempè, ut explicat S. Thomas, ...appetitus intellectivus, ſimul & ſenſitivus) *exultaverunt* *...Deum vivum.*

*S. Thomas.*

*1. 2. q. 24. a. 3.*

Modus mortificandi paſſiones eſt, ut in omnibus ...operationibus noſtris ſemper deferamus primatum & ...præeminentiam voluntati ſuperiori, quæ tanquam ...Regina ſuo ſtipata conſiliario intellectu gubernet,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& regat totum hominem. Et in hoc propriè differt à beſtiis: in iſtis enim ſenſualitas eſt caput, & abſolutè inſtar Dominæ alium ſupra ſe non agnoſcit ſuperiorem, quippè, quæ ſtatim, ac bonum aliquod ſenſibile repræſentatur, movet potentiam executivam ad illius executionem. Quemadmodùm (& eſt exemplum Ariſtotelis) ſphæra inferioris cœli movetur ab aliâ cœli ſuperioris & primi Mobilis ſphæra. Pro praxi igitur, quo modo appetitus inferioris paſſiones gubernandæ & regendæ ſunt, ut omnes dirigantur in ſequelam veri boni, & in fugam veri mali, non tamen decipiantur ab apparenti bono, nec ab apparenti malo. Quapropter paſſiones Amoris, Deſiderij, & Gaudij: ſic etiam paſſiones odij, Fugæ & triſtitiæ: quæ ſunt paſſiones appetitus concupiſcibilis, reſpicere debent verum bonum, ſcilicet virtutis & Dei, qui eſt bonum honeſtum per ſe appetibile: & virtutes Deum tanquàm finem proximum: ſpecialiter neceſſe eſt, ut is ametur tanquàm finis ultimus: & reſpicere debent verum malum culpæ, & offenſæ Divinæ, ut illud fugiatur. Ad eundem modum, paſſiones appetitus iraſcibilis, quæ ſunt Spes & Deſperatio, Timor, Audacia, & Ira dirigi & ordinari debent in bonum & malum, difficile & arduum; at verum, & non apparens.

Et ut deſcendamus ad ſingulas paſſiones in particulari, ac modum, quo referendæ ſunt.

Amor, prima paſſio Concupiſcibilis, pro objecto ſuo ſecundùm ſe ſortitur bonum ſenſibile delectabile; at tanquàm ſubordinatus appetitui rationali habet quoque pro objecto bonum honeſtum.

Deſiderium, ſecunda paſſio Concupiſcibilis, eſt effectus Amoris: & ſicut è gravitate oritur motus ad centrum; ita ab Amore (qui nil aliud eſt, quàm
S. Thomas. *quadam cooptatio, & complacentia cum objecto amato*) progeneratur motus Deſiderij *in finem amatum*.

Gaudium, tertia paſſio, effectus quoque Amoris eſt, quia *eſt quies in bono ſenſibili amato, deſiderato, & poſſeſſo.*

Odium

Odium, quarta paſſio, eſt certa quædam averſio à malo, paſſioni Amoris contraria. Quia, ſicut bonum ſenſibile à ſenſu apprehenſum, quandam in appetitu cauſat complacentiam, quæ dicitur Amor; ita malum ſenſibile à ſenſu pariter apprehenſum cauſat effectum contrarium, nimirùm diſplicentiam quandam in appetitu, quæ vocatur odium.

Quinta paſſio, contraria paſſioni Deſiderij, appellatur Fuga. Etenim, ſicut versùs bonum amatum abſens producitur motus appetitus, dictus Deſiderium; ita à malo abſente conſurgit alius affectus, dictus Fuga.

Sexta & ultima paſſio appetitus Concupiſcibilis nominatur Triſtitia, quæ eſt certa quædam animi inquietudo & afflictio in malo præſenti.

In Iraſcibili ſunt quinque aliæ paſſiones circa bonum & malum, in quantum utrumque eſt difficile & arduum.

Circa bonum arduum, ſi eſt poſſibile acquiſitu, movetur Spes: ſi eſt impoſſibile, Deſperatio.

Circa malum, ſi eſt abſens, inſurgit Timor: ſi ſuperabile, naſcitur Audacia: ſi præſens, progeneratur Ira, & appetitus vindictæ.

Hæ ſunt undecim paſſiones appetitus ſenſitivi, & dividi poſſunt in tres ordines: aliæ dicunt *motum ad quem*, quales ſunt paſſiones ordinatæ *ad bonum*, & ſunt Amor, Deſiderium, Spes, Deſperatio: Aliæ dicunt *motum à quo*, uti ſunt paſſiones nos retrahentes à malo: & ſunt Odium, Fuga, Timor, Audacia, Ira. Aliæ denique dicunt *ſtatum in aliquo*: & ſi in bono, oritur paſſio Gaudij: ſi in malo, oritur paſſio Triſtitiæ. *S. Thomas.*

Quantum ad modum modificandi & regulandi dictas paſſiones, optimus eſt ille dictatus à D. Auguſtino: *Omnes paſſiones cauſantur ex Amore.* Deſiderium, Spes, Gaudium naſcuntur ex Amore: quod enim amamus, id deſideramus, ſperamus, eoque gaudemus. Odium etiam, Timor & Triſtitia ab Amore ſuam trahunt originem: quia odio habemus, timemus, nosque contriſtat malum, in quantum eſt contrarium bono, *lib. 14. de Civit. c. 7. & 9.*

quod amamus. Quod ſi igitur Amor eſt regularis &
conformis rectæ rationi tendatque in verum bonu
non apparens; tales quoque erunt omnes ejus affect.
paſſiones conſequentes. Ratio eſt, quia Amor mov
à Bono, tanquàm à fine: ergò ſi objectum amatum
verum bonum, & non ſolùm apparens; talis quoque
Amor, tales & alij affectus, quæ veluti media ad fin
iſtum ordinantur.

*S Aug. Tõ. 9. tract. 7. in c. 4. Ioa.* Qua de cauſa magno cum fundamento dicebat
dem S. Doctor: *Breve præceptum tibi præcipio:
dilige, & fac quod vis:* quia quodcunque
ſtimulatus Amore feceris, facies benè. *Ex radi
enim Charitatis, quæ intùs exiſtit, non poteſt, niſi bonum
procedere.*

Hac igitur ſuppoſita veritate, totum noſtrum ſtu-
dium ponendum eſt in rectificanda prima paſſione A-
*S. Thom.* moris. Quod duobus fiet modis: Primò, remo-
venda eſt cogitativa à cognitione objecti ſenſibilis mali,
& firmanda in objecto ſenſibili bono. Idcircò, ſi tibi
repræſentetur pulchritudo alicujus creaturæ, recede
ab hac imaginatione, & eleva phantaſiam ad contem-
plationem decoris & pulchritudinis Humanitatis Chri-
*S. Bona. ſtim. c. 1.* ſti, juxta dictum S. Bonaventuræ. *Si carnem amas,
carnem Chriſti ama*, & hic eſt finis, ſecundum S. Augu-
ſtinum, propter quem *Chriſtus factus eſt homo: ut totum
hominem in ſe beatificaret*: Hominem interiorem, per con-
templatione Divinitatis, & hominem exteriorem in
conſideratione Humanitatis.

Secundus modus regulandi hunc Amorem corrigi
per conſiderationem intellectus: quandò, nimirum in-
tellectus non attendit ad rationem apparentis boni
quod eſt in objecto; ſed ad rationem veri mali culpæ &
pœnæ æternæ, quod ſub illo latet. Ac tali modo appre-
hendenda, ponderandaque eſt ratio dicti mali, ut quod
primitus Amoris apparebat objectum, fiat objectum
*Hugo lib. 3. de anima.* Odij, Timoris, & Doloris. *Terreat te timor iudicii,
metus gehennæ, laquei mortis, dolor inferni, ignis ur-
vermis mordens, & omnia mala: ut tandem clames,
æternum non peccabo.*

Qua

# Quartum medium.

Eſt diligentia & cura in obſervando, advertendoque, quinam Naturæ, quinam Gratiæ ſint motus: ac primis ſubitò in principio reſiſtendum eſt. Enimverò, cum paſſio ſit inſtrumentum Dæmonis, quo omnibus viribus nos tentare ac ſuperare nititur; ſubitò, ut appropinquantem advertimus adverſarium, defenſionis arma arripere debemus. Multum intereſt ſaluti noſtræ, ut ſciamus tentationibus reſiſtere, & cuivis primo paſſionis motui competentem obiicere clypeum.

Variæ ſunt praxes & exercitia, modi varij, & ſermone, & exemplo ab ipſis SS. Patribus traditi, qua ratione poſſimus reſiſtere primis paſſionum motibus.

Verùm præ cæteris omnibus optima praxis illa eſt, in qua Adverſario noſtro non repugnare duntaxat, verum etiam actibus virtutum paſſionibus contrariis eundem impugnare & expugnare ſtudemus. Si paſſio eſt tentatio ſuperbiæ, impugnanda expugnandaque eſt actibus humilitatis eidem oppoſitis. Hanc praxin obſervaverat David: *Expugna impugnantem me, apprehende arma & ſcutum, & exurge in adjutorium mihi.* Concede mihi, Domine, virtutum, ut non ſolùm non cedam, tentationibus inimici conſentiendo; ſed tua ſuccurrente gratia eis reſiſtam, hoſtemque exterrefactum virtutis armis prorsùs è medio tollam. Prodeſt inſuper tentationis tempore dicere cum S. Auguſtino: *Dulcis eſt delectatio, ſed dulcior eſt Deus: malus eſt dolor temporalis, ſed pejor eſt ignis æternus.* Et cum S. Ambroſio: *Abrenuncio tibi Munde, abrenuncio tibi Caro, abrenuncio tibi diabole: conjungor tibi Chriſte.* Et cum S. Franciſco: *Voluptas brevis, pœna perpetua, modica paſſio, gloria infinita.*

S. Aug. S. Ambroſ. S. Franciſ.

Ad hanc quoque doctrinam refertur, & ſpectat documentum illud, quod tradit Ariſtoteles in Ethicis;

Ariſt. *Vitare debemus voluptates corporales, quia voluptas trahit à vitâ rationali, & ducit ad beſtialem.*

# Quintum medium.

Erit, regulatio & moderatio affectus voluntatis juxta menſuram & regulam rationis: iidem namque actus Amoris, Deſiderij & Gaudij, qui ſunt in appetitu inferiori, ſunt etiam in ſuperiori, tametſi non ſub eodem nomine paſſionum, quia producuntur *ſine perturbatione cordis*: eò quod voluntas ſuperior, cum non ſit potentia organica, non ſubjectetur, veluti ſubjectatur appetitus ſenſitivus in corde. In his actibus ſpiritualibus voluntatis propriè conſiſtit eſſentia virtutis, & tales actus frequentati producunt habitum. Unde

Ad fratres de monte. S. Bernardus definiens virtutem, dicit: *Eſt ad judicium rationis, actus liberæ voluntatis.* Eſt liberum aliquod rationale: & actuale facit habituale, quod eſt virtus. Hinc ſequitur, internos virtutum actus poſſe nos elicere, absque eo quod exerceamus externos,

2.2. q.134. a.3. ad 4. juxta doctrinam S. Thomæ: *Principalis actus virtutis eſt interior electio, quam virtus poteſt habere absque exteriori materia.* q. d. Principalis actus virtutis conſiſtit in electione, & in amore actus virtuoſi, non poſito etiam exteriori actu: tametſi ad poſitionem actus illius externi major exerceretur virtutis actus: quia

S.Tho. 1.2. q.24. a.3. *Bonum rationis ad plura extenditur.* Ergo pauper poteſt eſſe liberalis, magnificus, magnanimus: quotieſcunque volūtate ſuperiori amat actus magnificos, liberales, & opera eximia & magna: quamvis eadem executioni mandandi modum non habeat; ac per conſequens, quod eſt laude dignum in virtutibus, non eſt actus & opus externum: ſed amor interior talis actus & operis, juxta S. Bernardi ſententiam: *Non paupertas, ſed amor paupertatis, eſt virtus.*

Ariſt. in Eth. Dicamus nunc de modo regulandi hunc affectum voluntatis. Ariſtoteles docet: *Reducendus eſt affectus ad medietatem.* Unde definit virtutem: *Eſt medietas inter duo*

[utr]iuſque extremitates. Et S. Bonaventura: *Medietas virtutis non eſt circa res, ſed circa appetitum*; qui non excedit bonitatem & appetibilitatem objecti, neque ab eâ deficit: non enim amat res temporales tanquàm ultimum finem, neque easdem odio proſequitur, ac ſi eſſent malæ & peccaminoſæ: ſed cum moderamine amat illas, in quantum ſuſtentationi humanæ utiles ſunt, quod eſt idem dicere, ſecúndum D. Auguſtinum: *Virtus eſt modus, id eſt, medietas, ſecundùm rationem: Virtus eſt uti utendis, & frui fruendis.* Virtus conſiſtit in eo, ut quis moderatè utatur hiſce rebus temporalibus, & delectetur ac fruatur æternis. Hæc moderatio appetitus accipienda eſt ſecundum rationem & prudentiam: quia dictamen veræ rationis [i]ta docet, ut amor non excedat, neque ab eo deficiat, quod requirit bonitas rei amatæ. Quapropter Deus, Bonitas infinita, infinitè amari & deſiderari debet: creatura, quæ eſt bonum finitum, & à Deo participatum, diligenda eſt finitè, moderatè, & propter Deum. *lib. 83. qq. q. 9.*

## Sextum medium.

Expedit valdè, ut in exercitio virtutis ſummum illius inquiramus apicem, & ad ejusdem aſpiremus excellentiam & eminentiam, neque contenti ſimus virtute in ſtatu continente, ut loquitur Ariſtoteles, permittentes luctam paſſionum; ſed aſcendere oportet ad ſtatum temperatum, injiciendo frenum paſſionibus ſecundum rationem. Neque hic perſiſtendum; ſed ad ſtatum heroicum oportet aſpirare, donec perfectum abſolutumque ſupra paſſiones acquiramus dominium, quoeas capiamus, deponamus, iisq; utamur, & non utamur, pro libitu & beneplacito noſtro, & ut ratio docet ac judicat. Conformiter huic docet S. Bonaventura, quod non debeamus pedem figere *in infimo gradu virtutis*; ſed aſpirare & aſcendere *ad ſupremum*. [I]dque exemplis demonſtrat in variis virtutibus. *Ariſtot. 7. Ethic. c. 1.* *Tom. 1. ope. de gradib. virtu.*

Infimus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Infimus charitatis gradus eſt diligere amicum: altior, diligere quoque inimicum: altiſſimus, benefacere etiam inimico: qualis fuit Charitas Chriſti in Judam, & perſecutores. Infimus gradus Obedientiæ eſt obedire in rebus levioribus: altior, obedire ad aliquod tempus in rebus gravioris & majoris momenti: altiſſimus in rebus graviſſimis *uſque ad mortem*: qualis fuit quoque Obedientia Chriſti. Et eodem modo idem S. Doctor exemplificat hoc in cæteris virtutibus, ut videri poteſt loco citato.

Verùm difficultas eſt, qua virtute ad tantam aſcendere poſſimus altitudinem & eminentiam, qua tandem ſummum illum virtutis gradum attingere valeamus?

Veriſſimum eſt, Naturam ad hoc eſſe inſufficientem, & quamcunque humanam induſtriam tanto ſuccumbere oneri: unde neceſſarius eſt concurſus & lumen Divinæ
*Ad fratres de monte.* Gratiæ. Quamobrem egregiè dicit S. Bernardus: *Virtus eſt filia Rationis, ſed magis Gratiæ*, ita ut abſque influxu Divinæ Gratiæ nunquàm perveniat ad perfectionem.
1.2.q.108. a.2. ex Eth. Verum quidem eſt, quod *aptitudo ad virtutem insit nobis à Naturâ, complementum ex aſſuetudine adjuvante*: at ultima perfectio, & ſumma virtutis excellentia ex-
*lib. de offic.* pectanda eſt à Gratia. Vita beata, inquit S. Ambroſius, non conſiſtit in quacunque virtute, & in quocunque gradu virtutis; ſed in gradu alto & ſublimi: *Vita beata conſiſtit in altitudine ſapientiæ, ſerenitate conſcientiæ* (liberæ ab omni etiam minima paſſionis inordinatione) *virtutis ſublimitate.*

Gratia igitur, quæ Solis inſtar reſidet in eſſentia animæ, diffundit radios ſuos, quibus illius potentias illu-
*S. Bonæ* minat & perficit. Fide perficit intellectum, Spe & Charitate partem iraſcibilem & concupiſcibilem voluntatis. Prætereà virtutibus moralibus infuſis, & præſertim ſeptem donis Spiritus ſancti inclinat potentias, ut ſequantur inſtinctum Spiritus ſancti, & ut in exercitio virtutum ad perfectam Chriſti imitationem attendant & reſpiciant, veluti exemplum ponit idem S. Bonaventura: *Suſtinentia paſſionum*, quæ eſt actus Fortitudinis, poteſt contingere *propter honeſtatem Fortitudinis*;

ſic ſpectat ad Fortitudinem, in quantum eſt virtus: & poteſt fieri *propter perfectam Chriſti imitationem*, ſicque competit Fortitudini, quæ eſt donum Spiritus Sancti.

## Septimum medium.

Ultimum medium ad perfectam virtutis acquiſitionem eſt, ut amplexemur virtutem non tantùm *in totâ ſuâ latitudine intenſivâ*, veluti dictum eſt; ſed etiam *intenſivâ*, non unam, aut plures; ſed omnes in ſummo gradu procurando. Etenim, licet virtus, *ſecundùm ſtatum imperfectum*, ſtare poſſit ſine aliis: nihilominus *virtus ſecundùm ſtatum perfectum*, neceſſariò poſtulat aliarum unionem. Unde inter ſe unitæ ſunt, & indiſſolubili nodo connexæ, & qui unam poſſidet virtutem in ſua completa perfectione, unitim habet alias.

Ergò Christianus ante conſiderationis ſuæ oculos ſemper habere debet ſeptem virtutes principales, cæteraſque, quæ ad has reducuntur: & per eaſdem, tanquàm per veram cœli ſcalam, ſemper ei aſcendendum eſt, donec *videatur Deus Deorum in Sion*. Verùm, ut vivacior, & continua habeatur virtutum memoria, uſuſque contingat facilior ac delectabilior; agemus de qualibet virtute in particulari, & de modo exercendi eam, ſequentes ordinem Sancti Thomæ in ſecundâ ſecundæ, aſpirante gratiâ Domini, *qui eſt Dominus virtutum*.

EXER-

# EXERCITIUM QUINTUM.

*De Virtutibus in particulari.*

Ac primò

De Virtutibus Theologicis.

## CAPUT I.

*De Virtute Fidei.*

Hebr. 11. Fides eſt ſubſtantia, ſeu exiſtentia ſperandarum rerum, argumentum non apparentium. Fides eſt virtus, quæ rebus abſentibus dat eſſe præſens, & re ſupernaturales inviſibiles facit eſſe viſibiles. Eſt oculus videns id, quod nec ſenſus, nec rationis perſpicit oculus. Præſentem nobis exhibet æternam cœli Gloriam, æternam pœnam Inferni, Deum cum attributis ſuis, Chriſtum, ejuſque ſanctæ vitæ & mortis myſteria. Docet & facit reconverſari cum Sanctiſſimâ Trinitate, Patre, Filio, & Spiritu ſancto, cum Beatiſſimâ Virgine, cæteriſque Beatis & Angelis paradiſi: &, ut plura paucis complectar,

virtute

virtute ſanctæ Fidei ſublevaris ad ſtatum quendam ſuperiorem, transformarisque in quoddam eſſe ſupernaturale ac Divinum. Quapropter magno cum fundamento Fides ab Angelico D. appellatur *æternæ vitæ* 2.2.q.4.a.1. *inchoatio*: quia lumine fidei in præſenti vita incipimus videre id, quod in altera vita perfectè viſuri ſumus Gloriæ adjuti lumine. Et S. Bernardus Fidem dicit eſſe *ſpeculum & exemplar æternitatis*: quia veluti in ſpeculo quodam repræſentat & proponit nobis res futuras alterius vitæ. Et S. Dionyſius eandem nominat *Divinum ſtatum*, quia *per intemeratam Fidem homo extra ſe fit, & ecſtaſim patitur*: ſiquidem per Fidem anima conſtituitur ſupra ſe in ſtatu ſupernaturali. Præterea Fides eſt ſicuti potentia quædam cognoſcitiva animæ, in quantum vivit vitâ ſupernaturali per participationem Naturæ Divinæ, nempè, Gratiam. Ubi conſiderandum eſt, ut benè notat Cajetanus, quadruplici hominem gaudere vita: vegetativa, ſenſitiva, intellectiva, Cajet. q.10. a.1. & Divina. Et quemadmodùm vegetare primæ vitæ proprium eſt, ſentire ſecundæ, intelligere tertiæ; ita credere, ſperare & amare propriæ ſunt operationes animæ, prout vivit vita Divina, puta, Gratia, quæ eſt participatio Naturæ Divinæ.

Denique Fides *eſt ultima & ſuprema perfectio hominis*: quia *Natura inferior perficitur in participatione Naturæ ſuperioris*. S.Tho.q.2. a.2. Propterea ultra motum proprium moveri debet motu ei impreſſo à Natura ſuperiore: uti manifeſtum eſt, & patet in partibus Univerſi; elementa namque, præterquàm proprio agitantur motu, moventur etiam motu cœlorum, & cœli moventur ad motum primi mobilis. Ad hanc perfectionem pertingit anima mediante Fide: ſiquidem per eam ordinatur ad ultimum & ſupernaturalem finem viſionis beatæ, & ad eam pervenit credendo id, quod Deus dicit, *per modum addiſcentis à Deo Doctore, ſecundùm illud Ioannis 6. Omnis qui audivit à Patre, & didicit, venit ad me.* S.Thom. Et ex hac ſubordinatione naturæ noſtræ ad Deum probat S. Thomas neceſſitatem Fidei

Verum progrediamur in declarando, quænam ſint illa, quæ credit Fides, & quodnam ſit credendi motivum.

Incli-

Inclinat Fides ad credendum totum id, quod eſt revelatum à Deo: motivum autem, quod movet ad credendum eſt veritas & veracitas ipſiusmet Dei. Hoc ipſum docet Angelicus, aſſerens objectum materiale Fidei
q.1.a.1. eſſe Deum, *ut eſt Veritas prima in eſſendo.* Quod enim credimus, aut eſt Deus, aut ordinatur ad Deum: uti ſunt Humanitas Chriſti, Sacramenta, Creaturæ, per quæ *tanquàm Divinitatis effectus adjuvatur homo ad tendendum in Divinam fruitionem.* Objectum formale Fidei eſt idemmet Deus, *ut eſt Veritas prima in dicendo,* tantum, veritas per eſſentiam, veritas infallibilis: cùm Deus, ratione Bonitatis ſuæ & Sapientiæ infinitæ, nec decipere, nec decipi poteſt.

q.1.art.10. Secundò. Ultra authoritatem Dei revelantis requiritur etiam authoritas Eccleſiæ proponentis; quæ authoritas reſidet in Summo Pontifice, in quantum eſt organum Spiritus ſancti. Quapropter eſt regula infallibilis, neque errare poteſt in rebus ad Fidem ſpectan-
Ioan. ult. tibus; juxta promiſſionem Chriſti: *Ego rogavi pro te Petre, ut non deficiat Fides tua.*

Tertiò. Ad credendum inſuper neceſſaria ſunt ſigna, ut vocant, credibilitatis. Nam, quemadmodum docet
q.1.a.4. Angelicus: *Non crederet, niſi videret ea eſſe credenda:* & medium credendi, lege ordinaria, eſt externa promulgatio, ſeu prædicatio, cum inſtinctu & motu inte-
2.2.art.1. riori Gratiæ. *Qui credit habet ſufficiens inductivum ad credendum, inducitur enim à uthoritate Divinæ doctrinæ miraculis confirmata, &, quod plus eſt, interiori inſtinctu* **Dei.**

Præterea optimum ad credendum argumentum eſt cōditio noſtræ Fidei, quæ in ſeipſa veriſſima, ſanctiſſima, efficaciſſima eſt, ut fidelem conducat ad ultimum finem noſtræ Beatitudinis: ergò non niſi à Deo, qui eſt prima *Veritas, ſumma Bonitas, æterna Fœlicitas,* procedere poteſt. Et talem ac tantam hæc ſigna habent vim & efficaciam ad credendum, ut Richardus de S. Victore non
li.1.de Trinit.cap.2. dubitarit dicere: *Domine, ſi error eſt quod credimus, & ſi decepti ſumus, à teipſo decepti ſumus; nam tantis ſignis & prodigiis doctrina hæc confirmata eſt, quæ non niſi à te fieri potuerunt.*

Ali

Aliudquoque adeſt ſignum valdè evidens veritatis
Fidei noſtræ, quod eſt ſanctitas eorum, qui illam ſuſce-
perunt. Enimverò non eſt veriſimile, neque conforme
Divinæ Providentiæ ac Bonitati, quod Deus non mani-
feſtet veram Fidem iis perſonis, quæ toto corde eum
diligunt, & amore ejus vitam expoſuere. Unde veritas
hæc concludi poteſt iſto argumento Cardinalis Bellar-
mini: evidens eſt & manifeſtum, Sanctos; exempli
gratiâ S. Franciſcum, verâ imbutos fuiſſe Fide: quia
vera Fides illa eſt, quæ conducit ad Gloriam, quam
adepti ſunt Sancti per Fidem ſuam: noſtra Fides ea-
dem eſt cum Fide Sanctorum, quantum ad ea, quæ
creduntur: ergò Fides noſtra vera Fides eſt. Et hæc de
...us Fidei.

Pro praxi, neceſsè eſt, exerceantur actus Fidei, &
ſunt tres: *Aſſenſus, Confeſſio, & Profeſſio Fidei*: Deo S.Tho.q.2.
itaque credere debemus, *corde, ore, & opere*. Primò, a.2.
intellectu credendum eſt Deo, *& in Deum, quod eſt,
credendo amare*. Secundò, oportet confiteri Fidem,
quandocunque poſtulat neceſſitas, exponendo etiam
vitam pro ea: *Quia, quanta vita eſt, confiteri Chri-* S. Auguſt.
*ſtum: tanta mors eſt negare Chriſtum*. Tertiò, de-
bemus quoque profiteri Fidem ſignis externis, puta,
geſtando Roſarium, aut aliis ſimilibus: quia *eſt profeſſio* q.7.art.12.
*Religionis Chriſtianæ*.

Effectus Fidei, juxta S. Thomam tres enumerantur:
Timor, Spes, & Puritas cordis. Quia *nec ſummum
bonum ſperari, nec ſummum malum timeri poteſt, niſi
apprehenſum*: & apprehenditur per Fidem. Præterea
dicitur in Actibus Apoſtolorum: *Fide purificans corda* Actor.15.
*eorum, ſcilicet ab impuritate erroris*: in quantum veram
ſuppeditat cognitionem Dei & creaturarum: aſt quandò
perfecta eſt Fides, informata charitate, *perfectè purificat
animam ab impuritate culpæ*. Ubi advertendum, quod,
ut notat D. Angelicus, *Impuritas eſt ex miſtione vilioris*: l.ſup.cit.
*ſicut argentum redditur impurum ex permiſtione plumbi,
& non ex permiſtione auri, per quod melius redditur.
Ergo anima noſtra, utpotè, nobilior cunctis rebus
temporalibus, cùm ſe illis ſubiicit per amorem, redditur
impura: & purificatur per contrarium motum ad Deum,*

*in quo motu primum principium eſt Fides*: in quantum
tollit errorem cognitionis, uti dictum eſt.

Hebr. 11. Adhæc, Fides victoriam ſubminiſtrat contra o-
mnes tentationes: *Sancti per Fidem vicerunt regna,
id eſt, regna Mundi, Carnis & Diaboli*: quæ ſe-
cundùm S. Thomam non vincuntur, *niſi per contem-
ptum: & non contemnuntur, niſi per Fidem futurorum
bonorum.* *Hæc eſt victoria qua vincit Mundum,*
Ioan. 5. *Fides noſtra.* *Diabolus circuit, quærens quem devoret,*
1. Pet. 2. *cui reſiſtite fortes in Fide.* Quæ doctrina hauſta
ex ipſo Sapientiæ fonte, Chriſto Magiſtro noſtro:
*Non turbetur cor veſtrum: creditis in Deum, & in*
Ioan. 14. *me credite.* Unde benè dixit Iſidorus: *Ab incredulis*
lib. 3. de ſū. *Diabolus timetur ut leo: à fortibus in Fide, ut vermis con-*
bono. c. 5. *temnitur.* Fides cuncta reddit poſſibilia, imò facilia:
*Omnia poſſibilia ſunt credenti*: & *Quod tibi videtur du-*
Marc. 9. *rum, non erit durum, ſi adſit Fides.*
Hugo.

Fides denique, ut notat S. Vincentius, erit corona
duodecim ſtellarum, ſignificans duodecim Symboli arti-
culos, quæ coronabit Beatos in cœlo. *Et in capite ejus,*
Apoc. nempè fidelis animæ, *Corona ſtellarum duodecim.*

Hi ſunt effectus Fidei: agamus modò de cauſis, à qui-
bus in praxi dependet Fidei perfectio.

q. 4. a. 8. Quemadmodùm lumen corporale *additione urtibi-*
*minis creſcit, & perficitur*; ita lumen Fidei *additione*
*gratiæ & virtutum.* Et ex parte voluntatis perfi-
citur à Charitate, *non per informationem, ſed per*
*imperium, & ordinationem ad bonum Divinum*: et
parte intellectus ab aliis donis Spiritus ſancti: à dono
Intellectus, Sapientiæ, Scientiæ, Conſilij. *Per*
*Fidem cognoſcimus credendo, per Intellectum intuendo,*
*per Sapientiam guſtando, per Scientiam ordinando, &*
*per Conſilium ordinando.* Per hæc novem dona, relu-
ti per tot lumina, *Incipit lucere per Fidem*, ut docet
D. Auguſtinus, *quod priùs tantum credebatur.* Præ-
tereà donum Intellectus docet te penetrare myſteria
Fidei: donum Sapientiæ docet, quæ de iis habenda
1. 2. q. 8. a. 6 ſit æſtimatio (*æſtimando, his eſſe inhærendum, & ab*
*eorum oppoſitis recedendum*) donum Scientiæ docet,
quod de rebus creatis rectum ſit ferendum judicium
nim-

animâm, *non eſt illis fruendum ſed utendum:* ordinando eas, tanquàm media ad ultimum finem æternæ Gloriæ: ac denique donum Conſilij inſtruit, quomodò judicium applicandum ſit operationi: & tunc eſt perfecta Fides, quandò tranſit ad opus, qua de cauſa *Fides dicitur à faciendo, eò quod fiat, quod dicitur.* S. Aug.

Hiſce virtutibus, quæ Fidem perficiunt, ſunt plurima vitia oppoſita, quæ ipſam deſtruunt.

Virtuti Fidei opponitur peccatum Infidelitatis eorum, qui nolunt credere, & recipere Fidem ſibi promulgatam, uti tenentur & obligantur. Etenim, cùm ſimus ordinati ad finem ſupernaturalem, ſumus etiam obligati ad obediendum præceptis ſupernaturalibus Fidei, Spei & Charitatis: & non obediendo peccamus.

Infidelitas triplex eſt: Gentiliſmus, Hebraiſmus, & Hæreticiſmus: & hæc ultima cæteris pejor eſt, majorisq; ratione peccati: quia magis contradicit Fidei, majusque à Deo recepit lumen. Quam ob cauſam Hæreticus graviori devinctus eſt ſcelere, quàm Hebræus, & hic majori, quàm Gentilis, crimini obnoxius eſt, eò quod unus reſpectu alterius majori dotetur lumine. q.10.a.5.

Dono Intellectus *opponitur Cæcitas & Hebetudo mentis. Et prima tollit totaliter cognitionem rerum ſpiritualium: ſecunda debilitat.* Cauſa vitiorum horum ſunt peccata carnalia, Impuritas & Gula. Quia *talis delectatio eſt maxima inter corporales, unde maximè applicat intentionem ad corporalia, & per conſequens debilitatur operatio humana circa intelligibilia.* E contra, virtutes oppoſitæ, Continentia, videlicet, & Abſtinentia *maximè diſponunt hominem ad perfectionem intellectualis operationis: unde dicitur Rom. 1. Pueris his, id eſt, continentibus & abſtinentibus, dedit Deus ſcientiam & diſciplinam in omni libro & ſapientia.* His itaque pro majori virtutis Fidei notitiâ ſuppoſitis, nunc agemus de modo exercendi eam. q.16.a.1. ad 3. 8.Phyſ.tex. 73. Ethic. c.5. & 4.

Praxis luminis Fidei accipienda eſt ex praxi luminis Gloriæ, quo Beati utuntur in cœlis.

**Primò.** Lumen Gloriæ eſt oculus quidam ſupernaturalis, quo Beatus videt Deum *ad intra*, ſecundùm intrinſecam ejus Gloriam propriorum attributorum, Bonitatis, Pulchritudinis, Potentiæ: & *ad extra*, ſecundùm Gloriam extrinſecam effectuum Dei, præſertim, Gratiæ, veluti ſunt Incarnatio Verbi Divini, & Paſſio Chriſti cum prædeſtinatione & Gloriâ Sanctorum. Ad eundem modum, oculus Chriſtiani haud eſſe debet oculus ſenſus, quem habet communem cum brutis; neque oculus rationis, quem habet communem cum Gentilibus; ſed oculus fidei ſit, oportet, oculus ſupernaturalis, oculus Chriſtiano proprius. Et hunc apertum ſemper habeat, neceſſe eſt, contemplando eundem, quid qualisque ſit Deus in ſeipſo, & *ad intra* cum infinitis ſuis attributis; & *ad extra*, cum effectibus ſuis ſupernaturalibus Gratiæ. Et in ſpecie ſemper animo revolvendo tria illa S. Franciſco Aſſiſinati adeò familiaria: Gloriam æternam: Pœnam æternam: Chriſtum Crucifixum ab hac revocantem ac retrahentem, & ad illam invitantem. Hac concione innumeras lucrabatur animas, pluriumque obtinebat converſionem: *Paradiſus apertus : Infernus apertus : In medio Chriſtus Crucifixus vocans te.*

**Secundò.** Lumen Gloriæ non ſolùm eſt oculus ſupernaturalis Beati, uti diximus, verùm etiam oculus amoroſus, quod cum Viſione beatifica jungat Amorem & Gaudium Beatificum. Ita Fides noſtra, ut ſit perfecta, debet eſſe Fides amoroſa, Fides informata & animata Charitate, & Charitas imbuta eſſe debet jubilo & exultatione in Deo. Quamobrem S. Auguſtinus merito definit Fidem hoc modo: *Fides eſt ordo Amoris.* Eſt vi tus quædam ordinata ad ultimum finem Charitatis, veluti ad propriam formam, à quâ ſuam recipit perfectionem.

**Tertiò** Lumen Beatificum non eſt habitus ſpeculativus duntaxat; ſed etiam practicus: quia non ſolùm elevat intellectum, eumque habilem & idoneum efficit ad videndum Deum; verùm etiam regulat dirigitque voluntatem in modo amandi ipſum. Ad eundem modum Fides noſtra, ut docet Angelicus, non tantùm habitus

*S. Th. Caj. 2.2 q 4 a.1*

habitus ſpeculativus eſt, inclinans ad credendum res à Deo revelatas; ſed etiam eſt habitus practicus: eò quod præſcribat modum obſervandum in ſervitio & amore illius. Unde non immeritò S. Bonaventura Fidei hunc attribuit titulum: *Auriga virtutum*: quia non dirigit regularque duntaxat actiones noſtras, ſed ipſas etiam virtutes: ſiquidem nec ſperari, neque amari poteſt Deus, niſi primò credatur. In 3. diſt. 24

Quartò. Lumen beatificum eſt menſura Gloriæ: quia Viſio Beati, quâ videt Deum, tanta eſt, quantum eſt lumen Gloriæ. Et noſtra quoque Fides perfectionis noſtræ menſura exiſtit. Tantùm creſcit in ſpiritu, quantùm creſcit in Fide, juxta dictum illud Apoſtoli: *Juſtitia Dei revelatur ex Fide in Fidem.* Nimirùm, noſtra juſtitia & ſanctitas creſcit & augetur à ſtatu imperfecto ad perfectum juxta augmentum Fidei. Rom. c. 1.

Quintò. Lumen Gloriæ ipſis Beatis Divinorum Oraculorum & fundamentum: quia de omnibus dubiis, cunctisque Secretis Dei beati luminis adminiculo recipiunt reſolutionem & evidentiam. Pari ratione lumen noſtræ Fidei Divina continet oracula æternæ Sapientiæ. In omnibus rebus dubiis recurramus ad ſanctum hoc Fidei lumen, & Divinum recipiemus reſponſum, illuminabimurque ad cognoſcendam voluntatem Divinam.

Sextò. Idem lumen Gloriæ perfectum in Beatis obtinet ſtatum, nec ullum adeſt impedimentum, quod illud quodammodò obfuſcare & obtenebrare poſſit: & talis eſſe debet Fides noſtra, ab omnibus libera impedimentis, ut ſunt impuritas affectus & intellectus. Qui ſuperbia contaminatum gerit affectum, non eſt habilis ad credendum, ſecundùm Chriſti ſententiam: *Quomodò vos poteſtis credere, qui gloriam ab invicem accipitis, & gloriam, quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis?* Et meritò: ſiquidem ad credendum neceſſaria eſt gratia Dei, movens voluntatem, & illuminans intellectum ad credendum: hanc verò gratiam Deus haud elargitur ſuperbis; ſed humilibus: *Deus ſuperbis reſiſtit humilibus autem dat gratiam.* Alterum Fidei impedimentum eſt impuritas Ioan. 5.

intellectus cauſata ex phantaſmatibus & ſpeciebus materialibus : dùm non tantùm ſunt inſtrumenta, ſed etiam cognitionis noſtræ finis. Ut ab his duobus impedimentis liber evaderet S. Bernardus, avidè, vehementerque mori deſiderabat non ſolùm *morte Iuſtorum, id eſt, terrenis cupiditatibus, quantùm ad voluntatem, ſed etiam morte Angelorum, id eſt, terrenis imaginibus, quantùm ad intellectum.*

Septimò & ultimò. Beatus ſolo non eſt contentus lumine Gloriæ; ſed eſt in continuo illius exercitio, & ſuffragante lumine continuos elicit actus beatificos: ita nec oportet, nos contenti ſimus ſancto Fidei lumine; ſed continuum illius uſum & exercitium procuremus, neceſſe eſt: frequenter non corde duntaxat, ſed ore dicendo: Credo Deum eſſe, & vitam æternam: Credo Deum hic præſentem, & me ab eo videri. Etenim, ut docet S. Vincentius Ferrerius, Fides in corde eſt inſtar luminis lucernæ incluſi, quod, quandocumque non habet exhalationem extinguitur. Præterea, ut idem docet Sanctus, tanquàm fideles Chriſti milites, ſæpè faciamus profeſſionem & proteſtationem Fidei, manè & veſperi ad minus recitando ſymbolum Apoſtolorum. Denique, cùm certum ac evidens ſit, lumen Fidei eſſe donum Dei, qui donat illud, cuicunque vult, & in tantâ ac tali, ut placet ei, quantitate ac perfectione; inſtantiſſimè illud à Deo petamus ſimul cum SS. Apoſtolis dicentes: *Domine, adauge nobis fidem.* Et cum quodam alio apud S. Marcum: *Credo Domine, adjuva incredulitatem meam.* Domine, concede, quæſo, mihi donum ſanctæ Fidei, da mihi illius perfectionem, conſiſtentem in unione Fidei cum aliis donis Spiritus ſancti, Intellectus, Sapientiæ, Scientiæ, & Conſilij. Credo, Domine, aſt valdè imperfectè, adjuva, te rogo, perfice Fidem meam.

Verùm, ſi vivam ac genuinam deſideremus praxim in exercitio ſanctæ fidei, imitemur S. Apoſtolum Paulum: qui in Fide vivebat, Fide operabatur, & oculo Fidei ſemper aperto Chriſtum continuò ſibi præſentem reddebat, contemplando, amando & glorificando ipſum omnibus modis: de ſeipſo loquens dicebat:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*In fide vivo Filij Dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me*; quaſi dixiſſet: Quemadmodum corpus habet eſſe ab anima, vitam, motum propriam pulchritudinem, & ultimam ſuam perfectionem; ita anima à Chriſto, tanquàm à propria anima recipit & proprium eſſe, & propriam vitam, principium ſuarum operationum, pulchritudinem, nec non ultimam ſuam perfectionem ſupernaturalem. Quapropter, ſicut anima totum poſſidet corpus, penetrat omnes ejus partes & membra, eique tribuit eſſe & operari; ita anima Apoſtoli tota à Chriſto poſſeſſa nonniſi in Chriſto vivebat, & in Fide Chriſti: non aliud, niſi Chriſtum ſpectabat: vivebat in Chriſto, & operabatur per Chriſtum, idque millenis titulis, præſertim verò, *Quia dilexit me: & tradidit ſemetipſum pro me*: titulo gratitudinis, & ut tanto correſpondeam amori, quo Chriſtus me dilexit, & pro me in Cruce mortem ſubiit. *Ad Galat. c. 2.*

Eodem modo tu dices cum Apoſtolo: *In Fide vivo Filij Dei.* Non vivo in Fide fallaci hominum & Mundi; ſed in Fide certa & ſecura Chriſti: non aliud, quàm Chriſtum ſpectabo: oculi mei claudantur cuivis objecto creato, ſolùmque aperiantur ad contemplandum Chriſtum: vivo in Chriſto, vivo per Chriſtum, vivo cum Chriſto: Fides Chriſti ſit vita mea, totum meum bonum, cunctusque meus theſaurus: *qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me.*

# CAP. II.

## *De Virtute Spei.*

*Spes eſt certa exſpectatio futuræ Beatitudinis, ex Dei gratiâ, & ex meritis propriis proveniens.* Certiſſima eſt Spes noſtra ex parte Dei, eſto non ſit certa, poſſitque deficere ex parte noſtra: *ex defectu liberi arbitrij, ponentis obſtaculum peccati.* Ac plurima ſunt hujus certitudinis fundamenta. *Mag. Sent. 2.2 q.19. a.4. ad 3.*

Primò. Divina Omnipotentia & Miſericordia
Ar. cit. ad 2. Deus poteſt, ac vult nos ſalvare. *Quibus principaliter Spes innititur, & non Gratia jam habita, quæ* ... poteſt.

Secundò. Promiſſio Dei juramento firmata & ... rata.
Cãt. Zach. *Iuſiurandum, quod juravit ad Abraham* ...
Hebr. 6. *noſtrum, daturum ſe nobis* ... *per duas res immo* ... conformiter docet Apoſtolus, *id eſt, per promiſſionem,* ... *juramentum, quibus impoſſibile eſt mentiri Deum,* ... *ſimum ſolatium habeamus.*

Tertiò. Divinum ac inæſtimabile donum ...
Rom. 8. Filij. *Si pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non cum illo omnia nobis donavit?* Unde Auguſtinus: *Plus eſt, quod fecit, ſcilicet dando Filium, quàm quod promiſit, promittendo Gloriam. Si quod plus,* ... *quod minus eſt, ſperamus.*

Ephes 1. Quartò Merita Sanguinis Chriſti: *Habemus redemptionem per Sanguinem ejus.*

Ioan. 17. Quintò. Efficacia orationis ejus: *Pater, quos dediſti mihi, volo, ut ubi ſum ego, & illi ſint mecum: ut videant claritatem meam, quam dediſti mihi.*

Serm. de temp. 18. Sextò. Interceſſio Beatiſſimæ Mariæ Virginis vocatæ à D. Auguſtino *Spes unica peccatorum, per quam* ... *mus veniam delictorum, in quâ noſtrorum eſt expectatio præmiorum.*

D. Thom. Septimò. Orationes aliorum Sanctorum. *Nam prædeſtinatio, quantùm ad executionem, juvatur precibus Sanctorum: quia Divina Providentia non ſubtrahit cauſas ſecundas, ſed illis utitur.* Hinc ſequitur, juxta doctrinam S. Bonaventuræ, tres dari gradus Spei; *Altus, Altior, Altiſſimus.* Primus fundatur in meritis propriis Divinâ gratiâ fulcitis: ſecundus in Paſſione Chriſti; tertius fundatus eſt in Miſericordia Dei. Prætereà dicitur in definitione Spei (*futuræ Beatitudinis*) per quam tam intelligitur Beatitudo objectiva, quàm formalis: quia ſperamus Deum, Deique poſſeſſionem, quæ conſiſtit in clara viſione primæ Veritatis, & Amore perfecto ſummæ Bonitatis, & in infinito æternæ Fœlicitatis Gaudio. Ultimò dicitur (*ex Gratia, & ex meritis*
S. Greg. *propriis proveniens*) etenim ſperare ſine meritis non ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*pes, ſed præſumptio:* & opera noſtra debent eſſe meritoria dependenter à Gratia. Quam ob cauſam ad attingendum finem, quem ſperamus, principaliter concernit Gratia.

Ex dictis ſequitur, bonum, quod à nobis ſperandum eſt, eſſe ſummum Bonum vitæ æternæ: *Habemus ſpem incedentem (id eſt incedere facientem) in interiora velaminis, id eſt, ad beatitudinem cœleſtem*, in quantum ſperatur *ut bonum noſtrum, ut bonum nobis: ſed non propter nos, ſed propter Deum finaliter:* Spe namque mediante amamus Deum, *ut utile & delectabile noſtrum: ſed immediatè & virtualiter, ad honorem Dei, & gloriam Dei, ut ultimum finem finaliter.* Inſuper quatuor ſunt conditiones objecti ſpei. *Bonum, Futurum, Arduum, Poſſibile.* Primò (*Bonum*) *quia Malum eſt objectum Timoris.* Secundò (*Futurum*) *quia Bonum Præſens eſt objectum Gaudij.* Tertiò (*Arduum*) *quia Bonum Facile eſt objectum Deſiderij.* Quartò (*Poſſibile*) *quia Impoſſibile eſt objectum Deſperationis.* Quæ conditiones omnes reperiuntur in immenſa Gloria æternæ Beatitudinis. *Eſt bonum, & ſummum, & futurum bonum, & excellens bonum:* ac propterea Arduum, unde cunctas ſuperat Naturæ vires, ac Gratiæ poſtulat virtutem auxiliatricem, cujus ſuffragio *Eſt etiam bonum poſſibile acquiri.* Hebr. c. 6. S. Tho. 2 2. q. 17. a. 2.

Ultra objectum Beatitudinis primarium, datur aliud ſecundarium Divinorum auxiliorum. Ad utrumque Spes ſe extendit. Etenim non debemus duntaxat ſperare finem æternæ Gloriæ; ſed etiam media ad illum nos conducentia: qualia ſunt Gratia & cœleſtes influxus. *Spes duo intendit*, docet Angelicus; *Bonum, quod intendit, & auxilium, per quod intendit.* Cujus rationem ſubdit: quia effectus debet eſſe proportionatus cauſæ. *Unde infinitæ virtutis eſt, ad infinitum bonum, quod eſt vita æterna, perducere.* Ergò ad obtinendum ultimum noſtrum finem ſummi Boni à Deo, tanquam à prima cauſa ſperare debemus media Divinæ Gratiæ. Dicamus modò de actibus virtutis Spei propriis, & à nobis exercendis. q. 7. a. 4.

1.2.q.25. a. 4. in corp. Quatuor dantur actus Spei: *Amor, Deſiderium, Spes, Gaudium.* Nam *Reſpectu boni incipit motus in Amore, procedit in Deſiderium, terminatur in Spe, & ultimò completur in Gaudio. Sicut reſpectu mali incipit motus in Odio, procedit in Fugam, terminatur in Timore, & ultimò completur in triſtitiâ.* Quatuor enim modis operari poſſumus erga Deum. Primò, Amore concupiſcentiæ: *amando Deum, ut ſummum* p. 1. q. 20. a. 1. ad 3. *bonum noſtrum*, quod idem eſt, ab amare Deum *propter Beatitudinem noſtram.* Ubi dictio illa (*propter*) non ſtat *finaliter*, ſed ſolùm *impulſivè*: vel (ut idem Sanctus Doctor alibi ait) non ſtat *finaliter*, ſed *formaliter*: amatur namque Beatitudo *ratione propria formæ & perfectionis*: ſed propter Deum *finaliter*; quia non eſſet bonus amor, ſi amaretur bonum noſtrum, tanquàm ultimus finis. Secundò poſſumus operari verſus Deum, ut bonum futurum actu Deſiderij. Tertiò, ut bonum arduum, actu Spei. Quartò, ut bonum præſens actu Gaudij: quemadmodum eo gaudent Beati in cœlo. Eodem igitur actu Spei amamus Deum, quia *Bonum nobis*: deſideramus eum, quia eſt bonum abſens: ſperamus eundem, quia propter infinitam ſuam excellentiam eſt bonum arduum & difficile obtentu: eoque gaudebimus, quando ipſo præſente fruemur.

Verùm advertendum eſt, quod actus Spei, qui eſt amor concupiſcentiæ, conjungendus eſt cum actu amoris, qui eſt amor amicitiæ & benevolentiæ. Spero itaque Deum propter me, ut glorificem Deum in me. Joan. 17. Veluti precabatur Salvator: *Pater, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te.* Petebat ſibi dari gloriam, ut cum eâ glorificaret Patrem ſuum. Et tunc Amor Spei fit perfectus: quia eſt Amor circularis, qui revertitur ad ſuum primum principium & ultimum finem. S. Dionyſ. *Eſt de bono, ad bonum, & propter bonum.* Bonum namque Divinum unitur bono creaturæ propter gloriam ejusdem Boni Divini.

Spes non perficitur duntaxat à Charitate; verùm etiam introducit Charitatem. Unde, ut docet Angelicus, mutuam in ſe exercent cauſalitatem Spes & Charitas.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quæ introducit ad Charitatem, in quantum aliquis, *ſpe-* 22.q.17.
*rans remunerari à Deo, accenditur ad amandum Deum,* a.8.
*& ſervandum præcepta ejus: & adveniente Charitate,*
*Spes perfectior redditur; quia de amicis maximè ſpera-*
*mus.*

Ex his actibus virtutis Spei propriis varij ſubſequuntur effectus in animâ.

Principalis effectus, quem Spes producit in animâ, eſt magnanimitas & generoſitas cordis: *Ei, qui anhelat ad aliquod maximum, parvum videtur omne aliud, quod eſt minus: & ideò homini ſperanti Beatitudinem æternam, habito reſpectu ad iſtam Spem, nihil aliud eſt arduum.* Spera cœlum, & facilè ſpernes terram. *Miraculum*, docet Angelicus, *non dicitur in* 1.p.q.105.
*ordine ad potentiam Dei, reſpectu cujus, omne quod fit, eſt*
*minimum (Omnes gentes, quaſi non ſint, & quaſi nihilum* Iſai.40.
*coram Deo) ſed in ordine ad facultatem Naturæ.* Hoc idem cum proportione quadam verificari poteſt de eo, qui ſperat. Cor habet non abſimile cordi Divino: nullam rem, ut magnam & arduam demiratur, omne creatum tanquàm nihilum æſtimat.

Quinque alios cauſat Spes effectus, ad quos cæteri reducuntur. Primò Liberat, protegit, ac defendit ab omni tribulatione tùm ſpirituali, quàm temporali:
*In te ſperaverunt Patres noſtri: ſperaverunt, & liberaſti* Pſal.21.
*eos.* Secundò. Animam replet conſolatione & Gaudio.
*Expectatio juſtorum lætitia. Spe gaudentes. Qui gaudet* Prov.11.
*in Spe, tenebit & rem: qui autem Spem non habet, ad* Rom.12.
*rem non poterit pervenire.* Tertiò. Fortificat: *In ſilen-* Aug. in
*tio & Spe erit fortitudo veſtra. Qui ſperant in Domino,* Pſal.3. Iſa.
*mutabunt fortitudinem*, nempè fortitudinem propriam c.30.& 40.
in ſuam fortitudine Dei: de propriis diffidentes viribus, & confidentes in virtute & fortitudine Dei. Quartò. Sublevat & erigit mentem ad cœlum: *Spes illorum immortalitate plena eſt.* Quintò Introducit ad Gloriam:
*Qui ſperat in Deo ſalvabitur.* Prov.18.

Ad conſignificandos hos effectus varia Spei attribuuntur nomina. Dicitur Galea, quæ defendat noſtrum rectæ intentionis: *Induti galeam, Spem ſalutis.* 1.Timo.5.

Vocatur

Prov. 13. Vocatur gemma pretioſa nos recreans : *Gemma gra-*
Lyr. *tiſſima exſpectatio præſtolantis , id eſt rei exſpectatio, quæ*
Matth. 13. eſt Gloria cœleſtis : eſt jucundiſſima inſtar gemmæ &
Hebr. 6. pretioſæ margaritæ ei, qui illam deſiderat. Appellatur
S. Auguſt. anchora : *Habemus Spem quaſi Anchoram anima tu-*
*tam ac firmam. Si videris fluctuare in mari iſto, noli*
*rumpi ab Anchora , antequàm intres in portum.* Dicitur
Iſa. 4. penna Aquilæ : *Qui ſperant in Domino, aſſument pennas*
Pſal. 90. *ut Aquilæ. Sperate in Domino : per Spem intratur ad*
*videndum, quod creditur :* Verùm, ut anima bonorum [illegible]
ctuum Spei fiat particeps, omni conatu ac ſtudio [illegible]
oportet vitia Spei oppoſita.

Extrema autem, à quibus ſperanti cavendum eſt, duo
2.2. q. 20. ſunt : *Deſperatio & Præſumptio.* Prima peccat per
*defectum* : quia non confidit in Potentia & Bonitate Dei,
uti par eſt, & tenemur facere. Secunda per exceſſum :
quia nimiùm confidit, ſperando Beatitudinem à li-
beralitate Dei independenter à noſtris bonis operibus,
aut dependenter ab operibus noſtris abſque concurſu
Divinæ Gratiæ. Unde definiri poteſt Deſperatio :
*Receſſus à Beatitudine.* Præſumptio verò : *Receſſus*
*non à Beatitudine ; ſed à modo debito eam obtinendi.*
Et Ratio eſt, quia ſicut objectum Spei, ſi conſideretur
1.2. q. 4. *ut bonum arduum cum poſſibilitate obtinendi, habet ra-*
a. 4. *tionem attractivi* , & Spes reſpicit illud *per modum ac-*
*ceſſus* ; ita objectum Deſperationis ut *eſt bonum ar-*
*duum cum impoſſibilitate obtinendi* , *habet rationem re-*
*pulſivi* , quod reſpicit Deſperatio *per modum receſſus*
*& fugæ.*

Cauſæ Deſperationis ſunt Acedia & luxuria. Quia
*Acedia eſt triſtitia quædam dejectiva ſpiritus.* Unde non
permittit ſpiritum ſublevari ad procurandas res arduas &
difficiles. Et peccatum carnis eſt cauſa Deſperationis :
*Quia ex nimio affectu ad delectationes corporales, faſtidit*
*homo bona ſpiritualia , & non ſperat ea.* Cauſæ Præ-
ſumptionis pariter duæ ſunt : Vanagloria & ſuperbia.
Quia, ſi Præſumptio naſcitur ex inordinata fiducia in
propriis viribus , cauſa eſt Vanagloria : *Ex hoc enim,*
*quod aliquis multum deſideret gloriam : ſequitur, quod*
*attentet gloriam quandam ſupra vires ſuas.* Sed [illegible]

Præ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

reſumptio naſcatur ex inordinata fiducia in Miſericordia Dei, cauſa erit ſuperbia, propter quam *aliquis tanto ſe æſtimat, quod etiam eum peccantem Deus non puniat, vel à Gloria excludat.*

Remedium contra Deſperationem eſt conſideratio Bonitatis, Charitatis & Beneficiorum Dei. *Nihil eſt tam neceſſarium ad erigendam noſtram Spem, quam conſiderare, quantùm nos Deus diligat. Hæc tria conſidero, in quibus tota Spes mea conſiſtit. Charitatem adoptionis, Veritatem promiſſionis, Poteſtatem redemptionis.* Quamobrem propter peccatum Deſperationis graviſſimam peccator Deo infert injuriam: quia, quantum in ſe eſt, negat tria principaliora attributa Dei, Charitatem, Veritatem & Poteſtatem: ac principaliter *Deſperatio contemnit Miſericordiam, ſicut Præſumptio Juſtitiam.* Eandem rationem confirmat D. Auguſtinus, quia malitia noſtri peccati nequit attingere æqualitatem Bonitatis Dei, & multò minùs eandem ſuperare. *Ille ſolus diffidat, qui tantùm peccare poteſt, quantùm Deus Bonus: cum ſit autem nullus, qui hoc poſſit; qui timet de ſe mala, præſumat de ſe meliora.* Et hæc pro declaratione virtutis Spei ſufficiant. Agemus deinceps de modo exercendi eam.

*Aug. de Trini. c.13. Serm. 10. Pſal. 91.*

*q. 21. a. 1. Cajet.*

*S. Aug.*

Suppoſito ſanctæ fidei exercitio, in quo apertis fidei oculis contemplamur Deum, qualis ſit in ſeipſo, & in effectibus Gratiæ, quos duos oculos Chriſtus deſiderabat & amabat in Sponſa ſua (*Oculi tui columbarum*) Cant. 4. erigendæ deindè ſunt alæ Spei, quibus anima generoſæ inſtar Aquilæ vaſtam entis creati tranſcendit latitudinem, in cœlum evolat, & in Deum firmiter figit obtutum. *Datæ ſunt ei alæ duæ, Aquilæ magnæ, ut volaret in locum ſuum.* Et: *Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem: current, & non laborabunt: ambulabunt, & non deficient.* Et meritò anima ſic ſperans comparatur Aquilæ: quemadmodum enim Aquila non ſolum oculos defigit in Solem; verùm etiam verſus eundem expeditè volatum ſuum dirigit; ita anima non Fidei duntaxat oculos in Deum defigere; ſed etiam alis Spei in Deum ſe ſublevare, ac in Deo ſolidari debet.

*Apoc. 12. Iſa. 40.*

Ratio,

Ratio, cur præter Fidem Spes ſit neceſſaria, aſſerit à Sancto Thoma: Quia *Fides eſt imperfecta cognitio.*
Opuſ. 3. Compend. Theol. Unde non ſufficit credere, ut noſtro ſatisfiat deſiderio: ſed etiam neceſſe eſt, perfectè quis cognoſcat & videat id, quod credit: ad quam perfectionem *per Spem pervenitur.*

Ut verò hæc Spes in Deum ſit perfecta, ſequentes debet habere conditiones.

Prima. Debet eſſe certa & ſecura firmiter à Deo ſperando & finem Gloriæ, & merita Gratiæ. Quia objectum Spei eſt: *Sperare in Deum Beatificantem, & in Deum Auxiliantem*: cùm finis & media debeant eſſe proportionata, & nullus niſi ipſemet Deus nos ad Deum conducere valeat. Spes igitur noſtra certiſſima ſit, neceſſe eſt, quantum attinet ipſum Deum: Deus enim poteſt, & vult, ac promiſit etiam cum juramento nobis dare gloriam: inſuper hoc ſuum deſiderium inexplicabile ſatis ſuperque per hoc demonſtravit, quod proprium Filium pro nobis expoſuerit morti, & morti Crucis. Securam etiam ex parte Chriſti reddunt Spem noſtram Valor ipſius Sanguinis, efficacia orationum ejus, interceſſio ſanctiſſimæ Deiparæ, aliorùmque Sanctorum. Ut quis reddatur ſecurus ad obtinendam gratiam à quodam Principe; duæ requiruntur conditiones: prima & principalis eſt, ut Princeps illam velit præſtare: ſecunda (de qua non dubitatur) ut, qui petit gratiam, velit illam recipere. Et hæ duæ conditiones non deſunt in caſu noſtro: certum Deus vult nos ditare coronâ æternæ Beatitudinis, & nos illam acceptare parati ſumus: at ſimul has duas voluntates inter ſe comparando; plùs Deus noſtram deſiderat ſalutem, quàm nos ipſimet: quia meliora ipſe præſtitit & fecit pro nobis, quàm quilibet facit pro ſeipſo. Certiſſima igitur eſſe debet Spes noſtra,
2. Tim. 1. nobiſque cum Apoſtolo dicendum eſt: *Certus ſum, quod potens eſt Deus depoſitum meum ſervare in illum*
Eccleſ. 2. *diem juſtus judex*. Et: *Scitote, quia nullus ſperavit in Domino, & confuſus eſt.*

Secunda conditio veræ Spei eſt, ut ſit alta & ſublimis,
Hebr. 1. mis, & veluti generoſa Aquila, *In excelſo firmâter*...
No

Non eſt collocanda in bonis tranſitoriis vitæ hujus; ſed in bonis æternis futuræ vitæ: non in hominibus, ſed in Deo: non in Creaturis, ſed in Creatore. Quapropter Deus ab Apoſtolo vocatur Deus noſtræ Spei: *Deus autem Spei*: & Chriſtus dicitur *Spes noſtra*: quia in Deum & in Chriſtum ſolùm nos ſperare debemus. *In Deo ſperandum*. Unde S Gregorius: *Spes in æternitatem animum erigit*. Ratio eſt, quia objectum Spei debet eſſe Bonum excellens, quod ſit ſupra naturam noſtram, quodque ſuperet vires noſtras, quale eſt Bonum æternæ Gloriæ, quod eſt ſummum & infinitum bonum. *Rom. 15.* *1. Tim. 1.* *S. Thomas ibidem* *S. Greg. in Moral.*

Tertia conditio eſt, ut ſit violenta: etenim propter rem acquiſitu difficilem, & quæ noſtras ſuperet vires, ſperari debemus. Quemamdùm conſcendens montem præruptè altum ob itineris arduitatem violentiam ſibi inferat, neceſſe eſt; ita qui ſublimem cœli rum inire, ac præruptum difficilemque Gloriæ montem conſcendere nititur, debet ſibi inferre vim & violentiam, ac ferventer operari ut perveniat ad finem. *Regnum cœlorum*, quod eſt objectum noſtræ Spei, juxta oraculum Chriſti, *vim patitur, & violenti rapiunt illud*. Hoc ipſum docet Angelicus, nimirum, propter bonum uſum virtutis hujus nobis operandum eſſe, *quadam animi elevatione, extenſione & conatu*: ita, ut nos ſublevemus in virtute Dei, aſcendamus nos ultrà vires noſtras, nobisque inſuper inferamus violentiam, ut ſic correſpondeamus Divinæ Gratiæ. 1. 2. q. 18. a. 1. q. 25. a. 1. q. 40. a. 2.

Quarta conditio eſt, ut ſit humilis & magnanima: humilis, diffidendo prorſus propriis viribus, noſtrum eſſe & operari reducendo in nihilum: magnanima, confidendo, & ſuperando omnia etiam difficillima, noſtraſque vires ſuperantia in virtute & potentia Dei. Hoc eſt ſperare in Spe contra Spem: ſperare in viribus Dei contra Spem propriarum virium: *in Spe Gratiæ contra Spem Naturæ*: eſſe impotentem & omnipotentem ſimul: impotentem in ſe (*Nihil ſum, nihil poſſum*) ſed omnipotentem in Deo (*Omnia poſſum in eo, qui me confortat*) *Rom. 8.*

Qua-

Quapropter, anima mea, in rebus ſpectantibus ad glo-
riam Dei tibi proſpicies, ac diligentem habebis curam,
ne deficias in fiducia & Spe in Deum habenda; ſed po-
cum S. Franciſco Xaverio, cùm plurimæ tibi obverſan-
difficultates, obviant pericula, dices: plus mihi timor
de defectu Spei in Deum; quàm de quocunque alio pe-
riculo propriæ etiam vitæ.

Quinta conditio: Spes noſtra patiens erit & jucunda.
Rom. 8. Patiens; *Quia, quod ſperamus, per patientiam exſpecta-*
S. Tho. *mus.* Et jucunda, quia: *Spe gaudentes, ſcilicet mercede*
*quæ eſt Dei fruitio. Facit autem Spes hominem gaude-*
*tem ratione certitudinis, ſed tamen affligit ratione dila-*
Prov. 13. *tionis. Spes, quæ differtur, affligit animam.* Debes
igitur, chariſſime frater, magnam in te erigere Spem,
In vitis magna te præmuni patientiâ: *In ſilentio & Spe ſ...*
Patrum. *& ſalvaberis.* Suffer mala præſentia, ſpera bona futura;
tanta namq; lætitia, tantumque eſt gaudium illius boni
quod exſpectatur, ut, ſicut experti fuere Sancti, totam
mali, quod ſuſtinetur, tollat amaritudinem. Qua
de cauſa, juxta regulam Doctoris Angelici, quando
finis eſt dulcis, & media amara, ut eò lubentius ſuffe-
ramus mediorum amaritudinem, penſanda eſt dulcedo
finis.

Sexta & ultima conditio Spei eſt, ut Fide ſemper ſit
illuminata, & Charitate formata. Enimverò ſemper
reſpicere & amare debet ſuum Donatorem & largito-
2.2.q.17. rem, à quo exſpectat & ſperat omnia bona: *ſperando*
a. 8. *bonum à Deo, tanquàm ab amico:* amando ſuum Dona-
torem Amore puro veræ amicitiæ, & abſque proprio
commodo. Fides, inquit S. Auguſtinus, intuetur præ-
mium: Spes illud ad ſe trahit: Charitas currit, ut illud
comprehendat. *Dicit Fides, Magna à Deo fide-*
*libus parantur: dicit Spes, Mihi ſervantur illa:*
*dicit Charitas, Ad illa curro.* Et hæc de conditio-
nibus, quæ adeſſe debent exercitio bonoque uſui vir-
tutis Spei.

Supereſt, ut ſæpè frequententur, exerceanturque
illius actus. Et ſunt quatuor illi ſupra commemorati,
nempè, Amoris, Deſiderij, Spei & Gaudij. Amo,
Deſidero, Spero, Gaudeo. Amo Deum, per Deum

&

ad gloriam Dei: nimirùm, Amo Deum, tanquàm proprium meum, & ſummum Bonum: ſperans illum conſequi ſuffragante ipſomet Deo, Divinoque ejus auxilio, & purè propter finem Gloriæ ipſius. Et idem dicendum venit de actu Deſiderij: Deſidero Deum, per Deum, & ad gloriam Dei. Et de Spe: Spero in Deo, per Deum, ad gloriam Dei. Et de gaudio: Gaudeo in Deo, per Deum, & ad gloriam Dei. Hæc eſt ſecunda animæ vita, poſt primam vitam Fidei. Et quemadmodum dicebat Apoſtolus de Fide: *In fide vivo Filij Dei.* Ad eundem modum de Spe nobis dicendum eſt: *In Spe vivo Filij Dei*: Vivo in Spe Chriſti. Sicut corpus meum vivit anima mea; ita anima mea vivit Spe mea in Deo: & ſicut anima eſt principium eſſe & operari ipſius corporis; ita Spes debet eſſe cauſa & principium eſſe & operari ipſius animæ. Quapropter Apoſtolus meritò compellat Spem nomine galeæ (*in-duti galeam, Spem ſalutis*) quia caput noſtrum rectæ intentionis defendit, ut cuncta noſtra operatio, omne deſiderium, omneſquè cordis noſtri motus aliud non respiciant, in nullum alium colliment ſcopum, quàm in unum ſolum bonum, quod eſt omne bonum, quale eſt ſummum & infinitum bonum, quod eſt bonum illud, quod ſperamus, futuræ Gloriæ. *Gal. 2.* *1. Tim. 6.*

Quandocunque igitur præ foribus adſunt tentationes, te invadunt tribulationes, teque quaſi proſternunt mala præſentis vitæ; ſpe in Deum ſublevatus dic corde & ore: Spero in omnipotentiâ Dei: ſpero in virtute & efficacia Sanguinis Chriſti: ſpero in auxilium & interceſſionem Mariæ Virginis. *Per ipſum & cum ipſo, & in ipſo.* Spero *per ipſum*, videlicet per merita Chriſti. Spero *cum ipſo*, cum auxilio Chriſti. Spero *in ipſo*, Beatitudinem in viſione ipſiuſmet Chriſti. Hac Spe firmatus & roboratus, inter omnia adverſa fortis ſtabis & immobilis: *Qui confidunt in Domino, ſicut mons Sion; non commovebitur in æternum, qui habitat in Ieruſalem.* *Ad Coloſ. 1.* *Pſal. 124.*

Ad perfectum hujus virtutis uſum admodùm utile eſt, & multùm juvat diſtinguere inter vires Naturæ & Gratiæ, animoque revolvere promiſſionem illam:

*Iob. c. 11.* *Cùm conſumptus fueris* in propriis viribus naturalibus *orieris ut Lucifer*, in virtute Gratiæ. Sæpenumerò tribulationibus, adverſitatibus laboribusque adeò primeris, ut dicas: Non poſſum ampliùs: & iterùm dices: Sed tum menti tuæ occurrat, necesse esse, quod viribus naturalibus deficientibus, aliæ tibi ſuppetentur vires ſupernaturales Gratiæ: & in his ſperandum atque operandum eſt. Hæc doctrina Theologiæ nititur fundamentis: docent namque Theologi, auxilium Divinæ Gratiæ non ſolùm conferri potentiis intellectus & voluntatis; verùm etiam potentiis materialibus & executivis. Denique talis praxis veræ Spei in Deum in morte præſertim exercenda eſt: in quâ, ut docet S. Bernardus, prorſus diffidere, deſperare debemus de propriis viribus, & de propriis meritis, ac totam ſpem noſtram collocare in virtute Divinæ Gratiæ, in meritis Chriſti, & interceſſione Sanctiſſimæ Matris ejus.

# CAP. III.

## *De Timore DEI.*

1. AD vitam ſpiritualem non tantùm Amoris ſancti exercitium: verùm etiam ſancti Timoris ſalutaris neceſſarius eſt: cujus actibus, non tanquàm finibus, ſed veluti motivis, ut, nimirùm, eò magis in Amore creſcamus, omnemque etiam minimam offenſam Summi Boni fugiamus, uti debemus. Unde ſimul jungendus eſt ſanctus Amor cum ſancto Timore; amare cum timere: amare Deum tanquàm bonum, & timere eundem veluti juſtum.

*Bern. de modo benè vivendi Serm. 4.* *Nihil nos magis removet ab omni peccato, quàm Timor Inferni, & Amor Dei.* Origo ac prima radix boni malique, conformiter docet

*S. Auguſt. Pſal. 79.* S. Auguſtinus, *Eſt Amor & Timor. Ut facias benè, amas & times Deum: ut facias malè, amas & times Mundum.* Ergò ut benè vivas, *convertantur hæc duo:*

Amo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*amabas Terram? ama vitam: timebas mortem? time Gehennam.* quia ſi amor & timor Mundi in cauſa erant,
quod malè vixeris & operatus fueris, timendo & aman-
do Deum, benè vives, & meliùs operaberis.

2. Tres actus Timoris Dei aſſignat S. Bernardus: S. Bernard.
*Ne crucieris in gehennâ, ne excludaris à Gloria, ne de-* ſerm. 2. in
*ſeraris à Gratiâ.* Duo primi Timoris ſervilis actus ſunt, Cant.
& reducuntur ad habitum Spei: tertius eſt actus Timo-
ris filialis, reduciturque ad habitum Charitatis. Primi
*ſunt à Spiritu ſancto, ſed non cum Spiritu ſancto, id eſt,* Conc. Tri-
*non cum Gratiâ:* quamvis ad iſtam diſponant. Ultimus dēt. Seſſ. 6;
*eſt à Spiritu ſancto, & cum Spiritu ſancto, id eſt, cum* c. 6.
*Gratiâ.*

3. Præterea Timor filialis tribus modis, ut idem
Sanctus advertit, exerceri poteſt. Primò, in ſtatu
Gratiæ: conſtitutus namque in ſtatu Gratiæ, ne
eam amittas, magno cum Timore tibi vivendum eſt.
Secundò, timendum etiam tibi & majori cum timore
conſtituto in ſtatu peccati: etenim abſque Gratia haud
poteris ita vivere, quin de novo prolabaris in pecca-
tum. Tertiò in ſtatu Gratiæ jam recuperatæ adhuc
magis timendum tibi eſt propter periculum reinci-
dendi & incurrendi in majorem Dei offenſam. Hæc
igitur mens eſt S. Bernardi. *Debes timere pro accepta* S Bern. in
*Gratiâ, ampliùs pro amiſſa, longè plus pro recuperata. Pro* Cant. ſerm.
*accepta, ne in vacuum Gratiam Dei recipias: pro recu-* 54.
*perata, ne per recidivum aliquid deterius tibi contingat.* 2. Cor. 6.
Igitur juxta opinionem D. Bernardi nulla in hac vita ſe-
curitas eſt: omnis perſona, ſivè homo juſtus, ſive pecca-
tor, quicunque ille ſit, debet ſtare in timore: *Beatus homo,* Prov. 28.
*qui ſemper eſt pavidus.* Beatus, qui in Timore & tremo-
re ſuam operatur ſalutem.

4. Sed videamus, quæ qualiſque ſit cauſa Timoris.
Reſpondet S. Auguſtinus: *Eſt amor, fugiens quod ei*
*adverſatur.* Et in ſenſu cauſali, ſeu cauſaliter, ut
loquuntur Philoſophi, intelligendum eſt, *Timor eſt*
*amor,* nempè, eſt cauſatus ab Amore. Idem docet
Angelicus: *Omnis Timor eſt ex Amore boni contrarij.* S. Tho. 1. p.
Quod patet etiam experientia; timetur infamia, q. a. 1.
quia amatur propria æſtimatio: timetur inopia,

quia amantur opes, & nonniſi, quia amatur vita, timetur mors. Unde vera nimis ac certa eſt hæc propoſitio: Qui timet, amat: & qui non amat, non timet. Ut

*S. Aug. lib. 37. q. 3.* proloquitur D. Auguſtinus: *Qui amat, timet.* Et Seneca: *Deſinis timere, ſi deſinis amare.* Ex quo optimum progeneratur medium, ne quidquam in Mundo, etiam terribiliſſimum timeamus: & est, ut viam occludamus amori creaturarum & Mundi, juxta

*S. Ioan. Epiſt. 1. c. 2.* conſilium S. Joannis: *Nolite diligere Mundum, neque ea quæ in Mundo ſunt.* Si poteris dicere in veritate cum S. Ignatio: *Nihil eorum, quæ videntur, deſidero:* eodem poteris quoque affirmare: *Nihil eorum, quæ videntur, timeo.* Praxis igitur corrigendi Timoris hæc eſt, ut primò juſtifices & corrigas Amorem: colloca totum Amorem in Deo, & non aliud niſi Deum timebis.

5. Verùm, quâ ratione, quo modo Deus, qui ſummè bonus eſt, imò *ipſa bonitas per eſſentiam,* timeri poteſt, cùm bonitas ſit objectum Amoris non Timoris? Reſpondetur, duplici ratione Deum conſiderari poſſe: primò, ſecundùm id, quod in ſe eſt, nimirùm, ut infinitum bonum, nullam in ſe continens rationem mali: & in hoc ſenſu eſt objectum Amoris, non Timoris. Secundò, ſecundùm id, quod connotat, puta, pœnam, quâ nos punire & caſtigare poteſt, & in hoc ſenſu poteſt eſſe, & eſt objectum Timoris. Ergò, ut loquuntur Theologi: *Deus non ut, Quod, ſed ut id, à Quo, malum provenire poteſt, debet timeri.* Quia, *ut, Quod, eſt infinitum, & ſummum bonum: ſed ut id, à Quo,* timeri poteſt ratione mali, quod à Deo cauſari poteſt. Ubi advertendum, quod ſicut malum, quod à Deo ordinari poteſt,

*S Thomas.* duplex eſt, culpæ & Pœnæ (& primum *ſolùm permittitur à Deo,* ſecundum immittitur) ita duobus modis Deum timere debemus: nimirùm, ut permittentem Malum culpæ, & ut nos caſtigantem & punientem Malo pœnæ. Et plùs timendus eſt Deus ut permittens malum culpæ,

*S. Tho. 2. 2. q. 19. art 1. Cajet.* quàm puniens: quia malum culpæ, *eſt malum ſimpliciter, quia opponitur bono Divino in ſeipſo: & malum pœnæ eſt malum ſecundùm quid, & opponitur tantùm bono creato.* Quamobrem hâc ad Deum fundere oportet orationem:

*Domi-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*mine, ne permittas me ſeparari à te*, à Gratia tua, ab
Amore tuo. Sum contentus, puniar in Inferno, priver
Gloria tua: at nunquàm Gratia & Amore tuo me pri-
vare digneris.

6. Aliæ inſuper ſuperſunt rationes, ob quas Deus
ſolus timendus eſt. Prima, quia Solus Deus nobis
nocere poteſt independenter ab omni creatura; at nulla
creatura independenter a Deo nobis ullum poteſt in-
ferre damnum, aut nocumentum. Siquidem *omnia* S. Aug. in
*in ipſo ſunt*. Ut docet Auguſtinus: omnes crea- Pſal. 32.
turæ ſub imperio, dominio, & poteſtate Dei conſti-
tutæ nè minimùm efficere poſſunt abſque mandato
vel permiſſione ipſius Dei. Poteſt homo ex ſe ma-
lam habere voluntatem, ac inimico ſuo obviam pro-
cedere; at non ſic liberam habet voluntatem, ut
pro votum ſuum ei nocere poſſit: hæc enim, qua
ungitur, poteſtas Deo ſubordinata eſt. *Quia non* Rom 13.
*eſt poteſtas, niſi à Deo*, ut ait Apoſtolus: ergò de-
pendet à Deo, & ſine Deo nihil poteſt. Qua de
cauſa concludebat S. Auguſtinus: *Si creatura ſæ-* S. Aug. loc.
*vit: DEVM time, non illas. Homo te odit?* cit.
*DEVM time. Diabolus te impugnat? DEVM time.*
*Sicut ſolus DEVS amandus, vel propter DEVM;*
*ita ſolus DEVS timendus, vel propter DEVM.*
Hæc veritas confirmatur ex Divino Salvatoris ora-
culo: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus*, & cor- Matth. 10.
pori nocendi habent poteſtatem, & hanc limitatam
& ſubordinatam ordinationi & diſpoſitioni Divinæ,
& juxta licentiam à Deo ipſis conceſſam. Unde
hæc inter juſtum & peccatorem naſcitur differentia;
quod juſtus nil aliud niſi Deum timeat: (*Qui timet* Eccleſ 34.
*Deum, nihil trepidabit*) peccator verò præter Deum
timet omnia: veluti Cain timebat, cùm dicebat:
*Omnis, qui invenerit me, occidet me.* Hinc ortum Gen 4.
illud proverbium inter Sanctos adeò notum: *Qui*
*timet Deum, nihil ſub Deo timet: qui non timet Deum,*
*omnia præter Deum timet.* Veritas iſta hoc decla-
rari poteſt exemplo: Si cuipiam occurrerent multi
canes feroces, ſoluti, non ligati: nulli dubium eſt,
quin illum corripiendum fore timore & pavore;

aſt ſi conſpiceret canes hos ligatos, & manuductam iſta quadam perſona, quæ eosdem refrenare ac nutu regere poſſet: certum eſt, eum non jam canum, ſed perſonæ, quæ illos ſuo habet dominio ſubjectos, timore & metu commoveri. Pari ratione omnes Tyranni, & homines etiam crudeliſſimi, ſunt veluti canes feroces, ſed ligati & frenati ſub potenti manu Dei, qui eosdem juxta nutum ſuum & beneplacitum, ſolvere & frenare poteſt, conſiſtentes. Ergò non eſt, quod timeas homines, ſed time Deum, qui hominibus damnum tibi illaturis facultatem & licentiam indulgere poteſt.

*S. Tho. 1. 2. q. 41. art. 1. & 2. 2. q 19*

Secunda ratio, cur Deus ſolus ſit timendus, eſt quia ſolus Deus cauſare poteſt *verum malum arduum, valdè magnum & excellens*: quod eſt objectum & materia timoris: ſiquidem modica, & quæ vix ſunt ullius æſtimationis, non timentur. Malum verò arduum & inevitabile, quod ſolus Deus cauſare poteſt, eſt malum pœnæ æternæ. Ex hoc capite Salvator inculcabat ſummopere timorem Dei: *Timete eum, qui poteſt corpus & animam perdere in Gehennam.*

Denique ad complementum hujus praxis propono omnes ſpecies Timoris, cum modo exercendi illas. Species timoris ſunt quinque: Timor mundanus, naturalis, ſervilis, initialis, filialis. Primus eſt malus, ſecundus indifferens, tertius bonus, quartus melior, quintus perfectus & optimus.

*S. Th 2. 2. q 19. a. 3.*

Timor Mundanus eſt malus: *Quia innititur Mundo, tanquàm fini: & procedit ab amore Mundano, tanquàm à mala radice.* Praxis igitur & medium, quo unicè hunc Timorem, erit, ſi tollas illius principium & radicem, quæ eſt amor creaturæ.

Timor Naturalis ex ſe malus non eſt, veluti Mundanus; ſed indifferens. Non eſt meritorius, nec demeritorius: quia prævenit arbitrij libertatem. Bonus uſus hujus Timoris conſiſtit in ſubordinando & conformando illum rationi & beneplacito Divinæ voluntatis: veluti fecit Chriſtus Dominus noſter in horto, ubi Timorem mortis regulavit juxta Patris ſui voluntatem dicens: *Non mea: ſed tua voluntas fiat.*

Tertius Timor dicitur Servilis, & eſt Timor bonus & donum Spiritus Sancti: quia procedit ab amore proprio ordinato, ac reſpicit ſeipſum tanquam finem proximum, non tanquam finem ultimatum, *& eſt finis ſub fine.* Actus hujus ſancti Timoris procedit ex vivâ fide & apprehenſione pœnarum Inferni, quarum intuitu abſtinemus à peccato.

*S. Th. 2.2. q a 6 & 9.*

Quartus & Quintus Timor ſunt Initialis & Filialis, qui diſtinguuntur tanquam perfectus & imperfectus. Filialis eſt Timor perfectus, & *eſt perfectorum*: quia *omnem foras expellit timorem, & timet ſolam culpam, & offenſam Dei, ut ſeparativam à Deo.* Initialis, qui *eſt Timor incipientium*, timet quoque culpam, ita tamen, ut etiam aliqua ex parte timeat pœnam.

*S. Thom.*

Hic ſanctus Filialis Timor remanet in Beatis in cœlo exiſtentibus: *Timor Domini ſanctus permanet in ſeculum ſeculi. Per quem timet ſeparationem à Deo ut poſſibilem animæ, non ut poſſibilem ſtatui.* Propterea eſt *Timor ſine ſollicitudine inſirmitatis, ſed cum tranquillitate Charitatis.*

*Pſal. 18. 2 2 q 19. a. 11. S. Aug 19. de civit. c. 9.*

Idem ſanctus Timor Beati à Sacris Doctoribus appellatur *Timor Reverentialis, Timor Admirationis. Columnæ cœli contremiſcunt, & pavent ad nutum ejus: non Timore pœnalis Timoris; ſed Timore Admirationis: quia videlicet admirantur Deum, ut ſupra ſe exiſtentem & ſibi incomprehenſibilem.*

*Iob. c. 6.*

Ratio hujus ſancti Timoris eſt defectus intrinſecus & eſſentialis creaturæ, *pro ut dicit ſubjectionem ſecundum infinitam diſtantiam à Deo.* Unde per conſiderationem *recedit creatura, & quaſi reſilit in proprium nihilum.*

*S Thom. Gerſ. 2 p. q. 165. memb. 2. a 1.*

Porrò ex his Timoribus duos anima habeat in continuo uſu, neceſſe eſt: Timorem, videlicet, Servilem & Filialem. Servilis, inquit S. Baſilius removet nos ab omni peccato: *Sicut, qui infixos habet corpori clavos, ad nullum opus eſt aptus, quod doloribus totus occupetur.* Ita, qui hoc ſancto Timore confixus eſt, peccare non poteſt: quia Timor ille inſtar clavi cordi ejus infixus hæret.

*S. Baſilius ſerm. 28.*

Hujusmodi clavum deſiderabat David, quando dicebat: *Confige Timore tuo carnes meas.* Ultra Timorem ſervilem exercendus quoque eſt, & major cum diligentia & frequentia Timor Filialis: neque
S. Thom. Deum duntaxat timere debes, *ut ſervus Dominum;* ſed *ut Filius Patrem dulciſſimum.* Quapropter S. Ecclesia à Spiritu ſancto illuminata pro nobis à Deo
Orat. Dñ. 2. poſt Pentec. poſtulat utrumque Timorem: *Sancti nominis tui, Domine, Timorem pariter & Amorem fac nos habere perpetuum, &c.* Et conformantes nos ejusdem Sanctæ Eccleſiæ menti & ſententiæ, utrumque Timorem ſemper in corde deferamus, foveamusque in innocentia & ſanctitate vitæ.

# CAP. IV.

## *De Charitate DEI.*

S. Dionyſ. 1. A*Mor Divinus eſt Divinæ Bonitatis deſiderium.* Quia amare nil aliud eſt, quàm deſiderare, ut reali intimaque præſentia amans uniatur rei amatæ: neque contentus eſt unione affectiva per viam voluntatis; verum etiam procurat affectivam ſecundum præſentiam perſonalem. Anima igitur, quæ amat Deum, aſpirat ſuſpiratque ad hanc realem præſentiam: neque ſola Fide contenta eſt: deſiderat inſuper videre objectum amatum. Unde optimum ſignum, ex quo cognoſcas, an ames Deum, hoc eſt: ſi ipſius realem deſideres præſentiam: ſi dicere poſſis cum Apoſtolo: Cupio diſſolvi & eſſe cum Chriſto. Quod exponit & declarat S. Auguſtinus exemplo unius caſtæ, & alterius adulteræ conjugis: *Illa timet, ne tardet ſponſus: iſta ne veniat.* Ac propterea illa, non iſta vero fertur amore in ſponſum. Quod deindè idem S. Doctor nobis applicat, & ſubjungit: *Abſens eſt Sponſus tuus: interroga conſcientiam tuam. Vis, ut veniat?* Veri amoris Signum eſt,

ſi, ut tardet? ſignum eſt, quod non diligas; ſed timeas, expectans pœnam quandam à Sponſo tuo.

2. Verùm inveſtigemus, qua ratione Divina Bonitas, Divini Amoris objectum, hunc in nobis cauſet Amorem. Primò requiritur, ut Bonitas Divina à nobis ſit cognita. Quia, ſecundùm Angelicum: *Sicut viſio corporalis eſt principium amoris ſenſitivi; ita contemplatio bonitatis, vel pulchritudinis ſpiritualis, eſt cauſa amoris ſpiritualis.* (S. Tho. 1. 2. q. 27. a. 12.) Ut igitur Divina ametur Bonitas, neceſſaria eſt illius cognitio: & juxta menſuram cognitionis creſcet & augebitur amor. Secundò, neceſſe eſt, cognoſcatur Divina Bonitas, tanquàm res conveniens, & proportionata nobis, & tanquàm ſumma & ultimata noſtra perfectio. Quia, juxta Philoſophum, *Omne, quod amatur, diligitur in quantum proprium bonum nobis proportionatum & conveniens.* (Eth. lib. 9. c. 5.) Amor enim *tendit in alterum: vel, ut alterum à ſe,* ſi eſt Amor amicitiæ: *vel, ut aliquid ſui,* ſi eſt Amor concupiſcentiæ. Tertiò debemus inſuper cognoſcere Divinam Bonitatem, ut Amantem: quæ nos amat, & ab æterno amavit infinita Charitate (*Charitate perpetua dilexite*) (Ierem 31.) Etenim ad perfectam amicitiam *requiritur redamatio*: mutuus inter amicos requiritur amor. *Hoc eſt amatorium efficaciſſimum*, ait Seneca: *Si vis amari, ama.* (Sen. ep. 9.) Propterea Deus, ut nos in ſuum pertraheret amorem, *Ipſe prior dilexit nos.* (1. Ioan. 4.) *In funiculis Adam, in vinculis Charitatis.* (Oſe. 11.) Quod ſi igitur deſideremus, ut Divina Bonitas in nobis efficax ſit, ſanctumque ſuum cauſet Amorem, ſtudeamus eandem cognoſcere: quàm infinita ſit in ſe, quàm infinita etiam reſpectu noſtri, quod nobis ſe communicet, tanquàm unicum ac ſummum noſtrum bonum; quàm eximius & immenſus ſit Amor ille, quo nos proſequitur.

3. Cognitioni Divinæ Bonitatis hæc ſuffragatur quoque conſideratio, quod, in quantum eſt objectum Amoris, non ſit Bonitas ad unam rationem unius Attributi reſtricta & limitata duntaxat; ſed illimitata omnes omninò, quaſcunque Deus in ſeipſo continet,

perfectiones amplectens, Eſſentialem, Attributalem & Perſonalem. *Non dicit Bonitatem Attributam, quæ eſt ſumma perfectio in operando*: ſed ipſam naturam & ſubſtantiam Dei, *ut eſt in ſe infinitum & illimitatum Bonum, in totâ latitudine entis.* Ex quo pro- generatur excellentia Charitatis ſupra alias virtutes, non tantùm Morales, quæ reſpiciunt objectum creatum; ſed etiam ſupra alias Theologicas: Fides enim & Spes reſpiciunt Divinitatem ſub aliqua limi- tatione: *Fides reſpicit Deum, ut teſtificantem: Spes, ut beatificantem: ſed Charitas, ut exiſtentem in ſe.* Quæ ratio objecti eſt congeries quædam omnium perfectionum. Verùm inter omnes perfectiones, quas in ſe Divina comprehendit Bonitas, duas præcipuè reſpicit Charitas: & ſunt pulchritudo & dulcedo Dei: illa objectivè perficit & beatificat intellectum: iſta perficit & beatificat voluntatem. Et ſi oculus corporeus tantùm occupatur & delectatur in viſione pulchritudinis corporalis, quantam percipiet volupta- tem oculus ſpiritualis intellectus in viſione pulchritu- dinis ſpiritualis & infinitæ DEI? Et ſi guſtus cor- poreus recreatur mirum in modum dulcedine & ſa- pore cujuſdam cibi materialis; quid non faciet vo- luntas, guſtando infinitam Dei dulcedinem? Hoc Amoris noſtri debet eſſe exercitium: contemplari Divinam pulchritudinem, & guſtare Divinam dulce- dinem: utraque aut ex ipſo Deo, per viam fidei; aut ex ipſis Creaturis media cognitione naturali hauriendæ eſt. Quapropter anima Amans hoc in Mundo conver- ſari debet, ut notat S. Bernardinus, *more Angelico, reſolvendo omnia in prima principia.* Vides creatam aliquam pulchritudinem? Noli iſti immorari, men- tem attolle ad increatam, ad primum principium, ad primam cauſam pulchritudinis creatæ. Reperis dul- cedinem quandam inter creaturas? Conſidera, eam quaſi minimam eſſe ſtillam immenſi illius Oceani dul- cedinis Divinæ. S Auguſtinus egregiam & huic propoſito valdè accommodam adfert ſimilitudinem. Debet, inquit ille, Servus Dei continuò ſtare & ambu- lare in præſentia Dei, ac ſemper habitare intra Deum,

volun

*2.2. q. 23. a. 4.*

*S. Aug. de ſubſtantia dilectionis.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſicuti intra mellis ſavum habitat apis, quæ ita ei ſe includit, ut non aliud, niſi mel videat, tangat, & guſtet. Hoc modo anima Divino ardens amore ſe habeat, oportet: totam ſe immergat dulcedini Dei, aliud non attingatur, non guſtet aliud, quam Divinam ſuavitatem, aut in ipſo Deo, tanquàm in proprio fonte, aut ipſis creaturis inſtillatam. Cape igitur hoc D. Auguſtini conſilium: *Suge, ſuge, & bibe Divinæ dulcedinis inenarrabilem ſuavitatem: immergere, & replere, adhære, ſpecare ſume, & fruere.*

4 Sed procedamus ad actus in praxi hac ſanctâ Amoris Dei exercendos. Tres ſunt interim Charitatis actus: Amor, Gaudium, Pax (*Fructus Spiritus eſt Charitas, Gaudium & Pax*) in quibus conſiſtit Regnum Dei, quod eſt intra nos: *Regnum DEI intra vos eſt. Pax & Gaudium in ſpiritu ſancto.* Primus actus Amoris explicatus per hanc vocem (*Amo*) triplicem habere poteſt ſenſum. Primus eſt: Amo Deum, & vult dicere: præfero, & antepono voluntatem Dei cuicunque bono creato: pluris æſtimo Deum ſolum, quàm reliqua omnia extra Deum: & hic appellatur Amor appretiativus, ſeu Amor excellentiæ. Secundus ſenſus ejuſdem vocis (*Amo*) eſt: complaceo mihi, Deum eſſe talem, qualis in ſeipſo eſt, infinitus in omnibus ſuis perfectionibus, quod etiam adoretur & glorificetur ab omnibus creaturis: & hic Amor vocatur Amor benevolentiæ. Denique tertius ſenſus iſtius vocis (*Amo*) eſt iſte: Amo Deum: Deſidero Deum videre, & Gloriam Dei: Cupio frui Deo tanquàm ſummo & ultimo meo bono: & hic Amor dicitur Amor concupiſcentiæ. Iſte eſt primus internus actus Charitatis dictus Amor. Secundus actus eſt Gaudium: *Et eſt vitalis quædam ſuavitas de bono Divino,* quam percipit anima in contemplatione Divinarum perfectionum. Tertius actus eſt Pax: *Quæ eſt conformitas cum Divinâ voluntate*, & beneplacito: quæ ſupponit pacem cum nobiſmetipſis, ſecundùm conſenſum appetitus inferioris cum ſuperiori: ſicut & pacem cum proximo.

S Th p.2. q.28.
Gal. 5.
2 2. q. 44. a. 4. 5. 6.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

5. Hi tres actus Charitatis proponuntur quo à Christo, & comprehenduntur in Oratione Dominica sub tribus primis petitionibus. Actus Amo continetur sub primâ : *Sanctificetur nomen tuum.* Secundus actus Gaudij sub secunda : *Adveniat Regnum tuum.* Tertius actus Pacis sub terra : *Fiat voluntas tua.* Idem ergò vult dicere (*Amo*) quod *Sanctificetur nomen tuum* : ab omnibus agnoscatur, ametur, adoretur, ut eſt in ſe, ſanctum, ſanctiſſimum. Idem eſt dicere (*Gaudeo*) ac : *Adveniat Regnum tuum* : in quo ſpero frui Gaudio tuo, & Gloria tua. Habere (*Pacem*) cum Deo, nil aliud eſt quàm dicere cum deſiderio : *Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in terrâ*, ut, ſicut in omni re Angeli promptiſſimè obediunt Deo in cœlis ; ita cum omni perfectione eidem obtemperent homines in terris. Tres iſtæ petitiones cum quatuor aliis ſubſequentibus tanquam orationes valdè devotæ ac jaculatoriæ nobis uſui eſſe poſſunt per diem.

6. Dictum fuit de actibus Charitatis, quò ad ſubſtantiam dicamus nunc de eorundem perfectione. Itaque ut actus iſti ſuam habeant perfectionem, debent eſſe continui & intenſi. Primò, continui, *& continui in præparatione animi, & frequentes in exercitio.* Etenim Servo Dei ineſſe debet deſiderium amandi Deum ſuum *ſemper, & ad ſemper*, omni tempore, & in omni loco : cum illa continuatione, qua Beati amant in cœlis. Et quia id non permittunt neceſſariæ occupationes, vitæque præſentis diſtractiones, curet frequenter ſe totum dare tàm ſancto exercitio, ſæpè, & in omnibus, quibus poteſt, occaſionibus ſublevando amantem cordis oculum ad Deum.

*S. Bon. in 3. diſt. 27. q. 1.* Neque ſatis eſt, quod habeat ſolùm continuos, ut diximus, actus Charitatis elicitos, verùm etiam eodem modo imperatos exerceat, neceſſe eſt. Etenim *Charitas, ut Regina, imperat omnibus virtutibus : & imperando informat in eſſe meritorio : & informando unit ultimo fini, & in ipſo quieſcit.* In hoc conſiſtit omnis

2.2.c.100. a.10. perfectio, veluti advertit Cajetanus : *In totalitate referibilium ad Deum* : quandò cunctæ noſtræ operationes ſint

ſive ſint internæ, ſive externæ, referuntur ad ultimum finem Gloriæ Dei.

Prætereà actus Charitatis debent eſſe intenſi, ut aliquatenus amabilitati objecti, & Amori, quo Deus nos amat, correſpondeamus: Deus infinitus eſt, uti & infinita eſt ejus Bonitas, à qua procedit Amor ipſius. Ergo Amori tam ſancto, immenſo & intenſo, qualis eſt Amor Dei, haud convenienter correſpondebit Amor
noſter remiſſus; *Cùm Deus animam amat* (aſſerit S. Ber- *S. Bern.*
nardus) *Immenſitas amat, Æternitas amat: unde neceſſe apud S. Th.*
*eſt, animam immenſe & æternaliter redamare, ſi debet in opuſc. de*
*Deo perfectè quieſcere.* Quem intentionis gradum hic *Beat. c 2.*
Amor attingere debeat, docet ipſemet Chriſtus D. N.
*Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Debemus *Deut. 6.*
amare Deũ (*ex toto*) hoc eſt, toto amore, toto affectu, toto *Matth 22.*
deſiderio, non dividentes amorem, affectum, deſiderium *Marc. 12.*
noſtrum cum creaturis. Deus igitur amandus eſt *ex toto.*
Primò; *ex toto, ſecundùm intenſionem*: tota virtute & *S. Bern.*
applicatione animæ. Secundò, *ex toto, ſecundum extenſionem*: continuando hunc Amorem per omne tempus, per omnia ſæcula, & per totam æternitatem. Tertiò, *ex toto, ſecundùm unionem*, jungendo Amorem noſtrum cum Amore Sanctorum, Chriſti ſanctiſſimæ Matris ejus, & trium Divinarum Perſonarum. Quartò, *ex toto, ſecundùm paſſionem*: deſiderando amore Amoris hujus innumera ſuſtinere tormenta, optando infinita, ſi tot eſſent poſſibilia, ſubire martyria. Quintò, *ex toto, per reſpirationem*: ſingulis vicibus, quibus ſpiro, quotieſcunque etiam reſpiro, intendo amare Deum; cunctosq; actus reſpirationis veluti tot actus Amoris Dei ipſi Deo offero: unde exopto & volo, ut reſpirationes meæ tam diurnæ quàm nocturnæ nil aliud ſint, quàm continui Amores Dei, adeòque ipſa reſpiratio, quæ dat vitam corpori, ſimul quoque ſuppeditet vitam animæ, & veram animæ vitam, quæ eſt ſanctus & purus Amor Dei.

7. Inſuper, in hoc ſancto actualis Amoris Dei exercitio conſideratione dignum eſt punctum aliquod magni momenti. Et eſt, quod perfectio Amoris non conſiſtat in multitudine actuum; ſed in abundantia & pleni-

plenitudine affectus ejusdem actus. Ita legimus de S. Franciſco, quod tota nocte repetierit eundem actum Amoris Dei: *Deus meus & omnia*: ſed ſemper novo & majori cum affectu. Hoc idem faciebat S. Auguſtinus, quando dicebat: *Noverim te, Domine, & noverim me.* Quæ doctrina profluxit ab ipſis ſanctis Seraphinis, qui toti à Divini Amoris incendio abſorpti cum affectu Seraphico & Divino idem ſemper repetunt: *Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Et hæc de praxi Charitatis, ac puri ſancti Amoris dixiſſe ſufficiant.

8. Ut plura jam dicta paucis complectar, & duobus punctis concludam; ſciendum, praxin Amoris Dei conſiſtere *in unione & Relatione*: in eo, nimirum, ut ſimus ac permaneamus uniti Deo per Amorem, & in virtute ejusdem Amoris omnia referamus ad gloriam Dei. Vera namque & perfecta Charitas non affectiva duntaxat; ſed etiam effectiva & operativa ſit, neceſſe eſt ut non ſolùm amemus Deum; verùm etiam operemur propter Deum. Tota igitur perfectio noſtra conſiſtit in *Unione* cum Deo, & in *Relatione* omnium, quæcunque operamur, ad Deum referibilium. O ſancta *Unio!* O ſancta & beata *Relatio*, quæ ſtatus beatifici etiam in hac vita nos efficis participes! Hæc, & non alia, eſt Beatorum vita: ſemper amare Deum, & ſemper operari propter Deum. Quod ſi igitur Deus eſt eorum ſcopus, finis, & exercitium; idem etiam & noſtrum ſit totum bonum, & deſiderium noſtrum: ut ſicut anima tota eſt ex Deo; *ita tota ſit ad Deum, in omnibus, actionibus*, & per Unionē, & per Relationem modo jam explicatam.

***Guillelm. Par. de virtut. l. 141.***

Pro ultimo complemento hujus exercitii, & ut majorem faciamus progreſſum in hoc ſancto puri ſanctique Amoris exercitio, multùm proderit ſi quotidie nonnullas de ſancto Amore faciamus proteſtationes in ſequenti forma.

*Prima Proteſtatio.* Proteſtor, dulciſſime JESU Chriſte, quòd, quotieſcunque elicuero actum Amoris tui, dicendo: *Amo te, dulciſſime IESV, ſuper omnia*: voce hac (*Amo*) intendo amare te omni Amoris genere, & Amore excellentiæ, & Amore benevolentiæ, & Amore concupiſcentiæ, veluti ſupra dictum fuit.

*Secunda Proteſtatio* Præterea hunc actum perficere intendo cum omni perfectione poſſibili, *& ex toto ſecundum intenſionem & extenſionem*, veluti explicatum eſt ſupra.

*Tertia Proteſtatio.* Proteſtor inſuper, quod renunciem ac valedicam cuicunque alteri Amori, & Mundi, & carnis: ac velim unicum purum ac ſanctum Amorem ſolum poſſideri ab animâ & corpore meo, nunc, & ſemper, & in tempore, & per totam æternitatem.

Et harum proteſtationum executionem ſpero à ſanctiſſima Virgine quæ eſt *Mater pulchræ dilectionis.* Per ejus ſanctiſſima merita, potentiſſimamque interceſſionem confido me eandem impetraturum & exercitaturum in vita, in morte, & poſt mortem per totam æternitatem.

# CAP. V.

## *De Amore Suiipſius.*

1. AMor proprius duplex eſt, verus & falſus: primus juxta D. Angelicum, eſt, quando amamus noſipſos ſecundum ea, quæ habemus à Deo, ut ſunt bona Naturæ & Gratiæ: hæc namque bona ſunt objecta bona & amabilia. Secundus eſt, quando amamus noſipſos ſecundum id, quod habemus à nobis, & eſt peccatum; peccatum enim objectum bonum non eſt, nec amabile: ſed malum & odibile. Proprius igitur amor noſter verus eſſe poteſt & falſus, bonus & malus. Eandem doctrinam tradit Cajetanus. Amor proprius in triplici ſtatu conſiderari poteſt: *ſecundum ſtatum Naturæ, Gratiæ, & Peccati.* In primo & ſecundo ſtatu Amor proprius bonus eſt, in tertio malus.

*S. Thomas.*

*Tom. 1. Opuſc. tr. 25. q. 2.*

2. Præterea amor proprius verus amat id, quod eſt principalius in ſeipſo: *Quia amare eſt ſecundum praecipuum, quod eſt in objecto amato.* Amor in objecto amato principaliorem, quæ in eodem reperitur, amat partem.

*S. Thom.*

Ergò

Ergò amor proprius verus amat in homine animam,
quia hæc eſt pars illius principalior. Et hæc Sanctorum
virorum ſententia ſemper extitit & praxis, ut plus ama-
rint animam quàm corpus: imò amarent animam, &
odio habuere corpus, in quantum concupiſcentia incli-
nante & pertrahente ad peccatum infectum eſt. Hoc in
exercitio valdè excelluit Seraphicus Pater S. Franciſcus,
ſuum namque corpus reſpiciebat & tractabat velut ma-
ximum, imò tanquàm unicum & ſolum, quem haberet,
inimicum & adverſarium. Unde ex parte Dei mandabat
Dæmonibus, ut in illud ſævirent, agerentque totum id,
quod à Deo illis præceptum permiſſumvè erat. Et ſub-
S. Bonav. jungebat: *Vindicate me de crudeli inimico adverſario*
*peſſimo, quo nullum ſentio majorem.*

3. Quo major eſt excellentia animæ comparatione
corporis, eò quoque amor illius major ſit, oportet.
Nobilitas animæ ex triplici capite deſumenda eſt.
Primò, ex principio; immediatè namque à Deo, & ad
ejusdem imaginem & ſimilitudinem creata eſt, quod eſt
idem, ac ſi diceres, creata eſt de Naturâ Dei. Secundò
ex fine nobiliſſimo & perfectiſſimo, qui eſt viſio, amor
& fruitio Dei. Tertiò ex pretio, Chriſti namque San-
guine infiniti, utpotè, pretij & valoris redempta fuit.
Animam igitur in corpore veluti equo inſidentem equi-
1. Cor. 6. tem conſidera: *Glorificate & portate Deum in corpore*
*veſtro*, inquit Apoſtolus, & juxta expoſitionem D. An-
S. Tho. ibid. gelici: *Sicut equi ſeſſorem*. Tanquam militem in ſuo
2. Pet. 1. tentorio ſeu tabernaculo: *Velox eſt depoſitio tabernaculi*
2. Cor. 5. *mei*. Tanquàm perſonam ſuis indutam veſtimentis:
*Nolumus exſpoliari, ſed ſuper veſtiri*. Ratio verò quem
poſtulat, ut major habeatur cura equitis quàm equi:
plùs diligatur miles, quàm tentorium, pluris æſtimetur
ameturque perſona, quàm veſtimentum. Anima igitur
æſtimanda eſt tanquàm pretioſiſſimus theſaurus, ac
lib. Medit. talis, ut, juxta cenſuram D. Bernardi, *totus Mundus ad*
c. 3. *unius animæ pretium æſtimari non poſſit.*

4. Amor proprius noſter regulatus & ordinatus non
animam duntaxat obtinet pro objecto, ipſam plus aman-
do quàm corpus; verùm etiam Deum, plùs eum aman-
do quàm animam. Etenim amor proprius procedit ut
pro-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

proprium bonum : & ubi majus reperit bonum proprium, ibi magis etiam ſe applicat. Deus, ſecundùm D. Angelicum, non ſolùm *eſt bonum noſtrum proprium ; ſed ſummum bonum noſtrum , & adæquatum noſtrum perfectivum.* Ergò amor noſter proprius ordinatur in hunc modum : primò amat animam, quæ *eſt præcipuum in homine* : at magis intellectum, quia *eſt præcipuum in anima* : & magis Fidem, quia *eſt præcipuum in intellectu* : & plus denique , & ſupra omnia ipſum Deum , quia *eſt præcipuum in Fide.* S.Th. opuſ. 3.c.5. S.Th. 2.2. q.25.a.7.

Unde ſequitur ; quod amore proprio diligere quidem debeamus corpus , uti & res corporales ; at non *ut ultimum bonum noſtrum*, quia majus bonum noſtrum eſt anima. Et debemus amare animam ; ſed non , *ut ultimum bonum noſtrum*, quia majus bonum noſtrum eſt intellectus. Et intellectum amare debemus ; at non *ut ultimum bonum noſtrum*, quia majus bonum eſt Fides. Ac denique Fidem amare tenemur ; ſed non *ut ultimum*, quia majus bonum noſtrum eſt Deus. Solus igitur Deus proprio amore noſtro amandus eſt , *ut ultimum bonum noſtrum, ut ſummum bonum noſtrum, & ut totum bonum noſtrum.* Quemadmodùm amabat eum S. Franciſcus, quandò dicebat : *Deus meus, & omnia bona mea!*

5. Ex hac veritate ritè rectèque cognitâ patefit mentis cœcitas eorum , qui ſeipſos amare cogitant, non amando Deum , ac tùm majori curâ ſectantur bonum proprium , quo ſunt remotiores magisque diſtant à gloriâ & voluntate Dei. Miſeri profectò ſunt & infelices ; eò quod cæcutientium more non cognoſcant, nec verum proprium amorem à falſo diſtinguant. Intelligant hujusmodi ſemel pro ſemper, Amorem Dei non diſtingui à vero proprio amore ; & amare Deum idem eſſe , ac amare ſeipſum : ſic enim amatur *præcipuum & ſummum bonum proprium , quod eſt in ſe* : & eò ipſo , quò amatur in illa parte , quæ eſt melior & principalior ſuiipſius , venitur quoque ad ſuiipſius amorem. Hanc ob cauſam nullum extat præceptum de amore proprio ; quia includitur præcepto amoris Dei. Non dicat igitur deinceps homo mundanus , quod , tranſitoria Mundi ſectando bona,

amet ſeipſum: imò ſciat ſeipſum odio proſequi: ubi namque partem ſui principaliorem, quæ eſt Deus. Mutet ergo conſilium, & è quinque illis bonis ſuprà recenſitis (corpore, Animâ, Intellectu, Fide, Deo) quotieſcunque corpus concurrerit cum animâ, ſemper tribuat primatum animæ: & quotieſcunque hæc contenderit cum intellectu, intellectus ſuſtineat partem: & quotieſcunque ratio voluerit repugnare fidei vincat fides: & quandocunque demum Fides aliis donis ſupernaturalibus contenta, non ſe elevant purè ad Deum, bonum increatum; ſola & pura Dei gloria, abſque alio noſtro commodo, moveat quotieſcunque amorem noſtrum.

*S. Aug. de Civit. Dei.* 6. S. Auguſtinus conſiderans diverſitatem inter hos duos amores ſuiipſius, bonum & malum, præclaram hanc protulit ſententiam: *Amor ſui bonus* (qui eſt idem cum Amore Dei) *uſque ad contemptum ſui facit civitatem cœleſtem: & Amor ſui malus uſque ad contemptum DEI facit civitatem terrenam, ſcilicet, Babylonem.* Ex natura igitur Amoris facilè percipies, cujus civitatis & patriæ ſis incola, an civis cœleſtis Hieruſalem, vel Babylonis: *Quam ſibi & ſuis imitatoribus Diabolus inchoavit.*

*S. Th. opuſ. 61. c. 3. Ariſt. 9. Ethic. c. 4. Cajet. 2. 2. q. 25. art. 7.* 7. Verùm, ut in præſenti materiâ progrediamur, differemus de actibus amori huic propriis, qui omnes quinque proponuntur à Caietano.

Primus eſt: *Velle hominem interiorem, id eſt, partem rationalem vivere.* Complacere ſibi in vita interiori animæ, quæ conſiſtit in Ratione, in Fide, & in Deo.

Secundus: *Velle illi bona virtutum:* deſiderando & appetendo perfectionem animæ ſecundùm virtutum ornamentum.

Tertius: *Operari ad hæc*, & dare operam acquiſitioni & exercitio virtutum.

Quartus: *Converſari ſecùm intùs delectabiliter*, & habitare libenter in interiori parte animæ, ubi eſt Regnum Dei: *In pace & gaudio Spiritus ſancti.*

Qui

Quintus & ultimus: *Concordare cum illâ*, & conformare ſe Rationi regulatæ & gubernatæ à voluntate Dei.

Concludit deinde Cajetanus: *Et per hæc ſigna* (puta, per hos quinque actus, tanquàm per ſigna) *examina* ipſum, *an verè ſis bonus? an verè ames te ipſum?* an ſis tu tibi inimicus? *& hæc frequenter, imò quotidiè* meditare.

Hi ſunt actus amoris proprij boni: contrarij vero proprij amoris mali ſequentes ſunt: Nihil curare interiorem animæ vitam, neque deſiderare ea ſpiritualia virtutum bona, neque iisdem procurandis ullam navare operam. Non converſari & habitare intra ſeipſum in corde propter contrarium conſcientiæ remorſum. Denique non conformare ſe Rationi & voluntati Dei: ſed tanquàm ducem ſequi ſenſum & partem inferiorem in omnibus ſuis actionibus.

8. Praxis igitur & bonus uſus amoris proprij boni & ordinati, juxta hactenus dicta, hic eſt: ſequeſtrare ſeſe, quantùm fieri poteſt, à bonis ſenſibilibus ſenſus. Totum ſe dare internæ cognitioni & conſiderationi ſpiritualium ac inviſibilium bonorum animæ. Adorare Deum in corde ſuo, tanquam in templo ſuo. Converſari cum Angelis (cum anima ſit *in Horizonte regionis Angelorum*) cum Sanctis, imò cum Regina Sanctorum, & cum Deo, & cum Sanctiſſimâ Triade. Hic eſt amor proprius, bonus & ſanctus, qui regnat jam in cœlis: ſed ſemper unitus cum Gratiâ animam ſtabilem efficit ac conſtantem in verâ pace, eique, ut præmium, reſpondet Gloria cœleſtis, vita æterna.

*Guil. Pariſ. de virtutibus p. 141.*
*S. Aug.*

# CAP. VI.

## *De Charitate erga proximum.*

S. Thomas. S. Auguſt.

1. MOtivum Charitatis proximi idem eſt cum motivo Charitatis Dei, & hoc eſt: *Divina Bonitas increata*, ſecundùm Angelicum: vel ratio ſummi boni beatificantis, ſecundùm Auguſtinum. Idque S. Thomas exponit exemplo potentiæ viſivæ: nam quemadmodùm hæc pro motivo videndi habet colorem (quod enim videt, aut eſt color, vel coloratum) ita motivum Charitatis eſt Deus: unde id, quod amat, aut eſt Deus, aut propter DEUM: aut DEUS, aut Divinum. Et hoc vel intrinſecè, veluti eſt proximus, capax Beatitudinis Divinæ; vel extrinſecè, veluti ſunt aliæ creaturæ Beatitudinis incapaces; ſed nihilominùs ordinabiles & referibiles ad gloriam DEI. Hæc eſt natura ac proprium Charitatis officium: amare DEUM in ſe, talem *per eſſentiam*: amare DEUM in proximo, tali *per receptionem*: amare DEUM in omnibus creaturis, talibus *per ordinationem*. Mirabilis vis Charitatis Divinæ! Non in alio niſi in Divinitate ſibi complacet: ſpernit quodcunque aliud objectum creatum: ſolùm in increato bono ſiguo objectum creatum: ſolùm in increato bono figit; tutum, & propter increatum amat quoque bonum creatum.

Unde conſpicitur, quàm immenſa ſit Charitatis amplitudo: cunctas amplectitur res, & creatas, & increatas: creatas, amando eas amore concupiſcentiæ, *ut bona concupita propter DEUM*: & increatas, ut ſunt Perſonæ Divinæ, Pater, Filius & Spiritus ſanctos; amando eas vero amore amicitiæ propter ſeipſas, *& propter ſummum bonum, quod habent in ſe.*

2. Vid.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

2. Vidimus motivum Charitatis proximi: videamus modò materiam, circa quam verſatur. Hæc eſt, *quidquid eſt capax Beatitudinis*: aut in actu, ut ſunt Beati in cœlo; aut in habitu, ut ſunt juſti in terrâ: aut in potentiâ, ut ſunt peccatores, Solum excluduntur damnati, utpotè æternæ Gloriæ incapaces propter Divinam juſtitiam. Et quia Beatitudo eſt motivum & objectum formale Charitatis proximi; in quo plùs Beatitudinis reperitur, cùm etiam ampliùs ſuum debet impendere amorem Charitas. Quapropter proximum, eſto etiam ſit peccator, amare debet; ſed magis juſtum, & multò magis Beatum.

3. Dictum eſt de eo, quod ſupponit Charitas, nempè de Beatitudine, tanquàm ratione amandi; & de Beato vel Beatificabili, veluti objecto, quod amatur. Jam dicendum, in quo conſiſtat, & quâ ratione exerceatur hæc Charitas proximi: explicabiturque eſſentia & qualitas actuum virtutis hujus: quorum aliqui ſunt interni, externi alij. Ac primò tractabitur de internis, de externis poſteà.

Secundùm S. Thomam, quatuor ſunt actus interni Charitatis proximi: Amor, Gaudium, Pax, Miſericordia. *S. Tho. 2. 2. q. 28.*

Quantùm ad Amorem, cùm actus Charitatis proximi ſit Virtus Theologica, pro motivo & cauſa haberi debet Bonitatem Dei: *Ratio Summi Boni beatificantis eſt motio Amantis*, veluti ſupra dictum eſt cum S. Auguſtino. Quod idem confirmat S. Bernardus: *Ut perfecta juſtitia ſit diligere proximum, Deum habere in cauſa neceſſe eſt: unde oportet, Deum diligi priùs, ut in Deo diligi poſſit & proximus.* Vult dicere S. Doctor: ut Amor proximi ſit Amor veræ Charitatis ſupernaturalis & Divinæ, neceſſe eſt, procedat ab Amore Dei, tanquàm à vera cauſa. Unde ſequitur, quod Amor proximi, ut ſit verus Amor proximi, non debeat eſſe Amor ſolitarius, qui ſit ſolus Amor proximi, & non Amor Dei: ſed proximi ſimul & Dei Amor ſit, oportet. Quapropter eodem actu amandus *S. Bern. Tract. de diligendo Deo.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eſt proximus & Deus: Charitas enim amat proximum, in quantùm eſt capax Dei, & in quantum eſt particeps (vel in actu, vel in po-
*Cajet. 2.2. q.25.a.1.& q.103.a.3.* tentiâ) Beatitudinis Dei. *Debemus diligere proximum* (docet Cajetanus) *non ut amicum humanum, ſed ut amicum Divinum, amicum in DEO, quia ratio amandi eſt DEVS.* Unde idem actus Amoris terminatur ſimul ad Deum & ad proximum, & primò ad Deum, prioritate tantùm cauſæ & naturæ (veluti loquuntur Philoſophi) Quemadmodum (& eſt exemplum S. Thomæ) eâdem viſione oculus videt colorem, & videt lumen: quia videt colorem in quantum participat lumen, & virtute luminis: ideò priùs videt lumen prioritate naturæ, quia lumen eſt cauſa videndi colorem.

*S.Thomas. Cajetanus. 2.2.q.25.a.1.2.q.19.a.2.* Ratio hujus veritatis manifeſta eſt. Quia, ſicut Deus *eſt prima & ſumma entitas, & omnia ſunt entia propter DEVM; ita DEVS eſt prima & ſumma amabilitas, & omnia ſunt amabilia propter DEVM.* Sicut ergò proximus non habet eſſe à ſe & propter ſe; ſed à Deo, & in Deo; ita non eſt amabilis à ſe, & propter ſe; ſed propter Deum, & in Deo.

Prætereà, Amor, quo quis fertur in Deum, debet eſſe amor perfectus, quo ametur Deus *non ſolùm totus,*
*Cajet. 2.2. q.25. a.2.* *ſed etiam totaliter: quia totum, quod ad Deum pertinet, homo diligere debet.* Quam ob cauſam Deum amare debemus non tantùm intenſivè, & in ſeipſo; verùm etiam extenſivè, in quantum communicatur & ſpectatur in creaturis: adeòque Deus per ſe, & creaturæ propter Deum diligendæ ſunt.

*S.T.2.2.q.27.a.8.* Hinc infert S. Thomas, actum amoris proximi (loquendo de Amore proximi, in quantum etiam includit dilectionem Dei) eſſe magis meritorium, majoriſque perfectionis, quàm actum Amoris Dei præciſè ſumptum. *Quia dilectio proximi includit dilectionem Dei, tanquàm cauſam & motivum; ſed dilectio Dei non includit dilectionem proximi.*

Ulteriùs, pro meliori notitia, quænam ſit cauſa Amoris proximi, advertendum eſt, Deum Amoris hujus eſſe

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…caufam, non ſolùm tanquàm Bonitatem Beatifi-
…orem; verùm etiam ut Bonitatem Amantem. Cùm
…m Deus amat proximum, eundem nos quoque ama-
…debemus: ſiquidem *vera amicitia facit unanimes,* S.Th.2.2.
…eſt, *ejusdem voluntatis & amoris*; amicorum unit q.25.a.8.
…luntates & amores in idem collimantium objectum.
…er ſi aliquis diligeret aliquem hominem, amore ipſius
…os ejus amaret, etiam inimicos ſibi.* Tertia cauſa
…moris hujus eſt Deus ut ordinans & præcipiens. *Hoc*
…*andatum habemus à Deo, ut qui diligit Deum, diligat* S. Bon.
…*& fratrem ſuum* propter amorem Dei: tametſi actus
…ex hoc ultimo motivo procedens non ſit actus Chari-
…tis, ſed Obedientiæ, quæ actum Charitatis ad proprium
…um ordinat finem.

4. Præter has tres cauſas Amoris proximi ex Bo-
…itate, Amore & Ordinatione Dei deſumptas, alia
…dhuc ſupereſt cauſa dependens à Chriſto. Etenim
…oximum noſtrum amare debemus, non ut amicum
…& filium Dei duntaxat; ſed etiam ut fratrem Chriſti,
…retioſiſſimo ejusdem ſanguine redemptum. Unde
…monuit S. Bonaventura: *Reſpiciamus proximum,* S.Bona lib.
…*morte Christi redemptum, & Sanguine Chriſti* ſtim.c.7.
…*perfuſum: & anima proximi cum Sanguine Chriſti*
…*intret in cor noſtrum.* Quia verò hæc materia
…auſarum ſeu motivorum Amoris proximi valdè uti-
…s eſt, & plurimùm conducit ad illius praxin, ſeriò
…in principio actionum advertendum, &, quodnam
…it motivum illud, quod ad diligendum proximum
…noſtrum nos ſtimulet conicitetque, examini ſubiicien-
…dum eſt, an, nimirùm, ſit humanum, vel Divinum?
…*Charitas movet, an cupiditas?* Et ſi principium ope- S.Gregor.
…rationis noſtræ de Terrâ, & non è Cœlo procede-
…re deprehenderimus, aut ab incœpto opere deſi-
…ſtendum, aut mutandum eſt motivum. Ut de hoc
…negotio tanti momenti ſecurus & certus efficiaris,
…procura ſemper ambulare coram Deo, & in præſentiâ
…Dei, & in Amore Dei: colligendo in præſentiâ Dei
…præſentiam creaturarum, & in Amore Dei earundem
…amorem.

Quod ſi deſideres ſignum, quo cognoſcas, quando Amor proximi naſcatur procedatque ex Charitate Dei, & quando ex cupiditate; ad effectum talis Amoris tibi attendendum ex advertendum eſt. Enimverò ſi creſcendo in Amore proximi, concreveris quoque in Amore Dei, indicium erit, Amorem tuum proximi verum & ſanctum eſſe Amorem; ſiquidem proximum amas propter DEUM; at, ſi è contrario creſcendo in amore proximi, non accreſcas ſimul, ſed decreſcas & deficias in Amore Dei; ſignum erit, tuum Amorem proximi non eſſe Amorem proximi ſupernaturalem & propter Deum, ſed eſſe Amorem in carne & ſanguine fundatum, qui non recipiet mercedem promiſſam ac debitam vero Amori proximi, qui eſt Amor cœleſtis & Divinus, quia eſt Amor propter Deum & in Deo. Idque ſufficiat de primo actu interno Charitatis proximi, qui eſt actus Amoris: cui correſpondet (tanquam actus contrarius) Odium proximi, quod ſummopere nobis fugiendum eſt: ſiquidem cum Odio proximi conjungitur, aut explicitè, aut implicitè Odium DEI. Quapropter odio non eſt habendus

S.Tho. 2.2. q 43.

proximus: *ſecundùm id, quod habet à Deo, ſcilicet, ſecundùm Naturam & Gratiam:* benè quidem odio habendus eſt, *ſecundùm id, quod habet à ſe, & à Diabolo, ſcilicet, ſecundùm peccatum & [illegible] defectum.*

5. Secundus actus internus Charitatis proximi eſt Gaudium, quo lætamur de bono proximi. Et quemadmodùm virtus Charitatis Dei inclinat nos ad gaudendum *de bono Divino intrinſeco*, ſimulque ad deſiderandum ei bonum extrinſecum creaturarum; ad eundem modum vera proximi Charitas nos inclinat ad collætandum *de bono, quod habet*, & ad deſiderandum ei id, *quod non habet.* Quocirca ſuadebat Apoſtolus nobis duplex gaudium, quo gaudere deberemus: *Gaudete in Domino ſemper, iterum dico gaudete.* Quod idem eſt, ac ſi vellet dicere: *Gaudete ſemper de bono DEI ſecundùm ſe; & iterùm gaudete de bono proximi propter DEUM.*

Hu-

...ſit ſecundo actui Gaudij oppoſitum eſt vitium In- *S.Tho. 2.2.*
vidia, quæ *eſt triſtitia de bono alterius, ut judicatur* *q.36.a.5.*
*diminutivum propria gloria.* Ubi advertendum,
quod pluribus modis quiſpiam dolere poſſit de bono
alterius: primò dolere poteſt de bono alterius tan-
quam nocivo ſibi: & hic dolor non eſt Invidia, ſed
Timoris effectus, quomodo timetur exaltatio & pro-
motio Inimici. Secundò, triſtamur de bono pro-
ximi, non quia is habet illud; ſed quia nos illud
non habemus: & hæc triſtitia ſeu dolor neque eſt
Invidia, ſed Zelus: & ſi aſt circa virtutem, lau-
dabilis eſt, juxta conſilium Apoſtoli: *Æmulamini* *1.Cor.14.*
*ſpiritualia.* Tertiò dolemus & contriſtamur, in quan-
tum proximus indignus eſt illis bonis: & hic dolor
prohibitus eſt in Sacra Scripturâ: *Noli æmulari in* *Pſal. 36.*
*malignantibus.* Tùm quia eſt juſta Dei diſpoſitio;
tum etiam, quia hæc bona temporalia cum æternis
comparata nullius quaſi ſunt momenti. Quartò de-
nique contriſtatur quiſpiam de bono proximi, in
quantum eſt proprij boni obſcurativum, *& in quantum*
*alter excedit ipſum in bonis*: & hoc eſt malum, & propriè
Invidia eſt, quia *dolet de eo, de quo eſt gaudendum, ſcili-
cet de bono proximi.*

Remedium à Sanctis propoſitum contra hoc vi- *S.Baſilius*
tium, eſt, *Nihil æſtimare magnum in hac vitâ*, *Hom.de In-*
non divitias, non ſcientias, non honores. Sicque *vidiâ.*
nulla te invadet triſtitia, nec minimùm affligeris,
quod in iiſdem proximus tuus te ſuperet excedatque;
ſed è contra magni æſtimabis bona cœleſtia, æter-
namque Gloriam. Quia *poſſidentium numero non an-* *S.Greg.lib.*
*guſtatur, & una omnibus eſt, & ſingulis tota*: ac *1. Moral.*
propterea nequit ibidem eſſe Invidia, omnes namque *c.14.*
uno gaudent Deo, nec unus impedit, aut diminuit bo-
num alterius.

Quandò igitur opprimeris infeſtariſvè cogitatio-
nibus Invidiæ (quæ perſonas præſertim ſpirituales in-
vadere ſolet) hæc duo conſiderabis puncta, vanitatem
bonorum præſentium, & æternitatem futurorum: ac
dices: non amo, nec quicquàm æſtimo vitæ hujus bona,

ideòque in iis me ab aliis ſuperari flocci facio: nec eſt, quod ullum dem locum Invidiæ. Amo, gnique facio bona alterius vitæ, ubi nullus mihi obſtaculo, quò minùs totum Deum meum poſſideam, æternaque ejus fruar Gloria.

6. Tertiùs actus internus Charitatis proximi eſt
2. 2. q.30. a.3. Pax. *Quia cùm quis diligit proximum, ſicut ipſum, vult implere ejus voluntatem, ſicut & ipſius: & ideò amicorum idem velle, & idem nolle.* Et hæc Pax *non eſt qualibet conſenſio, ſed conſenſio in bono principio*: nonniſi inter bonos, virtuteque præditos reperitur. Hoc igitur proprium eſt Charitati proximi, ut non tantum gaudeat exulterque de bono ejus; verùm etiam ut in bono ſeſe conformet ejusdem voluntati.

Huic virtutis actui opponitur vitium Diſcordiæ.
S.Th. l.c. Et dicitur Diſcordia: *Quaſi Diviſio cordium & voluntatum.* Hæc Diſſenſio, Paci contraria, triplex eſt: *Diſcordia, ut eſt in corde: Contentio, ut eſt in ore: Rixa, ut eſt in opere.*

7. Quartus & ultimus actus internus Charitatis proximi eſt virtus Miſericordiæ, quæ eſt *Diſplicentia de alienâ miſeriâ æſtimatâ ut propria.* Quamobrem, ſicut interveniente Amore diligit amicum ſicut ſeipſum; ita amici malum percipit tanquam proprium: & eò magis, ſi unioni affectus addatur ejusdem mali communicatio & experientia: nam, ſecundum Philoſophum, *Similes in miſeriis magis miſerentur*

Hi ſunt actus interiores Charitatis erga proximum exercendi. Debemus amare noſtrum proximum, lætari de bono illius, contriſtari de illius malo, & conſentire proximo in bono. Jam dicemus de actibus externis.

8. Actus externi Charitatis proximi, ſecundùm Doct.
2.2. q.28. Angelicum, tres enumerantur: Beneficentia, Eleemoſyna, Correctio fraterna.

Primus eſt Beneficentia: etenim non ſolùm proximo exhibere tenemur benevolentiam, volendo, deſiderandoque ei bonum internè; ſed etiam Benefi-

centiam

centiam in eundem exercere debemus, *externè* benefaciendo ei. Hic actus Beneficentiæ in omnes homines exerceri poteſt: omnes namque ſtatum mutare, & divites ad paupertatem redigi poſſunt. Solus excipitur DEUS, qui nequaquàm novæ perfectionis capax eſt: aſt quamvis, ut docet S. Thomas, *non poſſumus DEO benefacere; poſſumus tamen Deum honorare, nos ei ſubjiciendo.* Et hanc virtutum tanquam propria paſſio conſequitur Gaudium & lætitia; *Largiri aut auxiliari amicis, vel extraneis, eſt delectabiliſſimum.* Ratio eſt, quia vi & virtute Amoris gaudet de bono illo, quod recipit proximus, velut proprio. Et præterea, quia Deus cum eadem menſura, imò majori, bonum, quod proximo præſtamus, nobis reddit. Optimum igitur medium eſt, ut ſemper vivamus in gaudio & lætitia, ſemper benefacere proximo, tanquàm amico Dei, & propter Dei amorem.

*S. Thom.* — *1.2 q.32. a.6. Ariſt. 1. Pol. c.3.*

Poſt Beneficentiam, ſecundus & tertius Charitatis proximi actus ſunt Eleemoſyna & Correctio fraterna. Uterque actus *eſt actualis ſublevatio miſeriæ proximi:* ſed Eleemoſyna, *miſeriæ corporalis*, Correctio fraterna, *miſeriæ ſpiritualis.* Hos actus erga proximum exercere debemus, opem eidem ferendo in quacunque neceſſitate, tam corporali, quàm ſpirituali. Huic virtuti Correctionis fraternæ opponitur peccatum Scandali, quod *eſt dictum vel factum, minus rectum, præbens alteri occaſionem peccandi:* quod omni ſtudio, cura & diligentia, utporè virtuti Charitatis ſummopere contrarium, fugiendum nobis eſt. A quo (ſecundum D. Angelicum) liberæ ſunt perſonæ perfectæ: & à ſcandalo activo, *quia nihil inordinatè agunt:* & à paſſivo, *quia immobiliter inhærent in immobili, ſcilicet, in Deo.*

*S. Th. q.33.* — *S. Tho. 1.2. q.43.*

Supereſt, exponatur modus, quo hæc virtus ad praxin reducenda ſit. Optimus ille eſt, qui eruitur ex imitatione Charitatis Dei: cum Charitas noſtra Charitatis Divinæ ſit participatio. Tunc igitur noſtra eò erit perfectior, quò magis accedet ad ſuum prototypon, ſuamque idæam, quæ eſt Charitas Dei.

*2.2. q.23. a.2.*

Deus

S.T. 1.2. q. 19. a.2. Deus ergò, *amat ſe, & alia extra ſe: ſe ut finem alia, ut ad finem.* Et vult dicere: Deus amat ſe tanquàm objectum motivum, movens ad amorem creaturarum: & amat creaturas, tanquàm purum objectum terminativum, terminans, & non movens Amorem ſuum. Quapropter actus Amoris Dei ſemper eſt idem: ſive ſint, ſive non ſint creaturæ: quia adæquatè innititur & quietatur in Deo, tanquàm objecto primario: & objectum ſecundarium creaturarum contemplatur ſimplici viſione aut intuitu, abſque ulla ab iisdem dependentia. Qua de cauſa Deus nunquam amat proximum ſolum: neque priùs proximum, quàm ſeipſum: neque ſimul cum ſeipſo; ſed priùs ſeipſum prioritate cauſæ ſeu naturæ (in quantum Amor Dei eſt cauſa Amoris proximi) deinde proximum.

Simili prorſus modo conſtitutus eſſe debet Amor noſter verſus proximum. Id, quod nos movet ad amandum, haud debet eſſe proximus, ſed Deus. Proximus Amoris noſtri terminus duntaxat, Deus motivum eſſe oportet. Propterea ſine ullâ à proximo dependentia debemus nos quietare, ſtabilire, & quieſcere ſolùm in Deo: ſive ſint, ſive non ſint creaturæ: ſive ſalventur, ſive non ſalventur homines. Præterea amare debemus proximum noſtrum, non ſolum, nec ſimul cum Deo; ſed poſt Deum dependenter ab Amore Dei. Amor noſter erga Deum conſtitutus eſſe debet, inſtar firmæ columnæ: *ut turris ſupra firmam petram* (velut dicebat Chriſtus) quæ ſemper in eodem loco perſiſtit immobilis, tametſi aër ambiens mutetur; quia non innititur aëri ambienti, ſed firmæ petræ, in qua fundata eſt. Ita Amor noſter erga Deum ſolùm fundandus eſt in firmâ columnâ, quæ eſt Deus, & non in aëre ambiente creaturarum continuæ ſubjectarum mutationi.

Denique totos nos impendere debemus Amori proximi noſtri: primò, oculo Fidei, conſiderando eum, tanquàm Filium Dei, fratrem Chriſti, & vitæ æternæ [illegible] capacem. Secundò, intellectu, non conſiderando & inſpiciendo defectus ejus; ſed, ſi qui occurrerint, excuſando illos: conſiderando virtutes, quibus donatus eſt,

tur dotari poteſt: enimverò, qui modò imperfectus eſt, Gratiæ adminiculo ſanctus ac perfectus evadere poteſt. Tertiò, voluntate, optando, deſiderandoque ei omne bonum, congratulando de bono, condolendo de malo ejus, & conformando ſe in bono volitioni & nolitioni ejuſdem. Quartò, ore, nunquàm malè, ſed benè de ipſo loquendo, & quandò id fieri nequit, tacendo. Quintò, opere ipſo præſtando ei bonum quodcunque, nullam prætermittendo occaſionem, quâ eidem auxiliatrices manus præbere poſſimus: & maximo amore ac ſtudio procurando ei bona ſpiritualia animæ: & in hunc finem ſalutis ſpiritualis proximi exhibendo nos promptos paratosque ad profundendum proprium ſanguinem & vitam pro ſpirituali illius vitâ & ſalute. Totum hoc in exercitio Charitatis proximi, principalis ſcopus, in quem collimes, debet eſſe Christus D. N. contemplando Chriſtum in tuo proximo. Quando Chriſtus Salvator noſter non ſe à nobis diſceſſurum promiſit, dicens: *Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi*: id (juxta expoſitionem S. Auguſtini) intellexit de membris ſuis: *Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi, ſcilicet, in membris meis.* Omnes igitur proximi tui, per omnes Mundi partes diviſi, veluti tot Chriſti à te reſpiciendi ſunt; quia locum Chriſti obtinent, tanquam fratres & imagines Chriſti, in quibus Chriſtus recipit bonum & malum, veluti propriæ ſuæ perſonæ illatum.

Hic eſt modus, juxta quem te dirigere ac vivere debes in Charitate proximi. Et ſi is tibi videatur arduus & difficilis, conſidera ſententiam S. Auguſtini: *Charitas proximi eſt laborioſa in Terra, ſed glorioſa in cœlo*, ubi abundantem nobis conferet gloriam. *Sicut aves*, inquit idem S. Doctor, *portant, & portantur à pennarum ſarcina: portant illas in terra, portantur ab illis in cœlo: ſic & nos, ſi portemus in Terris alas Amoris, iſta nos ad Cœlum portabunt.* *S. Aug.*

Exercitium hoc terminabitur quadam proteſtatione & propoſito ſingulis diebus manè faciendo.

Pro-

Proteſtatio erit hujusmodi: Proteſtor, quod, quidquid hodie beneficiorum præſtitero meo proximo, id non propter motivum aliquod humanum; ſed propter Amorem Dei præſtabo: quia eſt capax Dei; quia præcipit Deus, & quia Deus amat ipſum; & inſuper quia eſt frater Chriſti, qui ipſum pretioſiſſimo ſuo redemit Sanguine.

Propoſitum erit benefaciendi proximo meo, ſicut CHRISTO, *& ſicut mihi.* Primò, *ſicut* CHRISTO, qui dicit: *Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* Secundò, *ſicut mihi*, juxta illam legem: *Quod tibi vis, alteri feceris: & quod tibi non vis, alteri ne feceris.* Hiſce duabus inſtructus regulis ſemper ambulabis in via ſupernaturali, & cum merito, in Amore tui proximi: imitaberiſque in eo Sanctiſſimam Virginem, cujus in Templo, veluti cenſebat S. Elizabethæ, principalis cogitatus & intentio hæc fuit, ut, nimirùm, ordinaret cor ſuum ad Amorem & odium: ad Amorem Dei & proximi, & ad Odium peccati.

*S. Bon. t. 2. medit. Vita Chr. c. 3.*

EXER-

# EXERCITIUM SEXTUM.

## *De cæteris Virtutibus moralibus.*

## In particulari.

## CAPUT I.

### *De Prudentia.*

1\. P*Rudentia eſt virtus directiva morum & virtutum.* Prudentia eſt virtus intellectus, cujus officium & munus eſt regulare ac dirigere non tantùm liberos voluntatis actus; verùm etiam actus omnium virtutum, in ordine ad ſuum finem, ut ſint honeſti, fiantque *ſecundùm rectam rationem.* Unde, ſicut habitus artis, conſiſtens in mente artificis, regulat opera externa, imprimendo eis formam & figuram artificialem; ita Prudentia (quæ eſt habitus conſiſtens in intellectu) dirigit ordinatque virtutum actus, imprimendo eis formam virtutum, & honeſtatis in hoc conſiſtentem, ut actus fiat juxta rationis dictamen, ſine exceſſu aut defectu, cum omnibus circumſtantiis & conditionibus requiſitis. Quamobrem magno cum fundamento à D. Auguſtino aliiſque SS. Patribus Prudentia dicitur *Virtus Modalis*; quia

*S.Tho. 2.2. q.45. S.Ber. ſerm. 45. in Cant.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quia officium ejus non eſt actum facere virtutis, ſed ſolum præſcribere & proponere modum efficiendi illum. *Vt bonus fiat* ( docet S. Thomas ) ſpectat ad alias virtutes morales ; ſed *ut benè fiat*, pertinet ad Prudentiam. Undè, tanquàm Virtus Moderatrix, neceſſariò debet eſſe connexa cum cæteris Virtutibus moralibus : quæ elicitivè operantur actus, & Prudentia imperativè & directivè, docendo & præſcribendo modum efficiendi & eliciendi illos. Exempli gratiâ ; Virtus moralis Humilitatis actum Humilitatis, qui ſit honeſtus & virtuoſus, efficere nequit abſque auxilio & directione Prudentiæ, quæ judicat de tempore, de loco, de modo, de perſona actum hujuſmodi elicitura : ſine qua regulâ & directione Humilitas non conficiet virtutem, ſed vitium. Et quod dictum eſt de Humilitate, intelligendum quoque eſt de reliquis omnibus virtutibus : *Tolle Prudentiam, & virtus vitium erit*, ait S. Bernardus.

*S. Bern. ſerm. 45. in Cant.*

2. Et quia intellectus humanus haud ſibipſi ſufficiens eſt, nec omnes effectuum circumſtantias comprehendere, nec totam cauſarum contingentiam prævidere poteſt, Prudentia noſtra nequit eſſe ſecura & certa : *Cogitationes mortalium timidæ ſunt, & incertæ providentiæ noſtræ.* Quapropter ultra humanam Prudentiam, *in inquiſitione conſilij indiget homo dirigi à Deo, qui omnia comprehendit : & dirigitur homo per donum Conſilij, quod eſt donum Spiritus Sancti.* Unde ſequitur varias dari ſpecies Prudentiæ. Aliqui regunt & gubernant ſe *ſolo lumine rationis*, & hæc eſt Prudentia Politica, quæ reſpicit duntaxat finem naturalem & humanum. Alij gubernant & dirigunt ſe ſecundum *lumen Fidei*, & vocatur Prudentia Purgatoria ; quia dirigit ad finem ſupernaturalem : ſed afficitur quoque aliquo affectu naturali. Alij denique regulantur ſecundùm *lumen intelligentiæ*, & hæc eſt Prudentia purgati *animi*, quæ dirigit ad finem ſupernaturalem ; at non afficitur creaturis, ſed ſolo Deo, *ubi ſic aſſimilari Deo ſanctificari eſt.*

*Sap. 9.*

*S. Thom.*

*Idem 2.2. q. 61. a. 5.*

*S. Bonav. Compend. Theol. c. 34.*

Veru

Verus Dei ſervus & famulus nihili æſtimare debet mum Prudentiam, neque contentus eſſe ſecunda; ſed conatu & ſtudio ad conſecutionem tertiæ, *quæ Divina neſcit, & aliud curat nihil*, aſpiret, neceſſe eſt. *S.Tho. l. c.* Hæc igitur vera Prudentia eſt Homini Chriſtiano pro- *S.Bernar.* pria: Prudentia ſupernaturalis & Divina: Prudentia cœlis, quæ Deum duntaxat contemplatur: Gloriam Dei tanquam finem reſpicit: & cum perfecto uſu naturarum dirigit eas tanquam media ad ſuum ſinem.

Verùm, ut ad hujus virtutis praxin deſcendamus, neceſſarium eſt, quinam ejus ſint actus. Tres ſunt principales; *Conſultatio, Iudicium, Imperium.* Quia *S. Thom.* Prudentia, cùm ſit *recta ratio agibilium, unum ſupponit, tria facit.* Supponit finem virtutum in communi, exempli cauſa: *Eſſe temperatè vivendum: In arduis ter agendum.* Quibus principiis practicis naturaliter ſuppoſitis, tria facit. Primò, *rectè conſiliari.* Secundo, *rectè judicare de conſiliatis.* Tertiò, *rectè & ſtanter perficere, quod judicatum eſt.*

Ut prænominati actus ſint veræ Prudentiæ actus, uniri debent cum bono voluntatis affectu: etenim voluntas mala corrumpit rectum intellectus judicium: *vitiosa affectio corrumpit æſtimationem Prudentiæ.* *S.Thomas.* Ratio eſt ſympathia, quam inter ſe habent potentiæ animæ: unde ſi voluntas eſt malè affecta, & malè appetit, intellectus etiam tanquàm infectus & ſubjectus malo iſti affectui, judicabit malè: quemadmodùm palatus malè affectus amaritudine, judicat omnes cibos amaros. Alia *S. Thomas.* quoque ad eſt ratio, quia proprium eſt potentiis animæ, *Cajet. 2. 2.* ut concurrant cum voluntate, eique ſuccurrant tan- *q. 58. a. 5.* quam Reginæ, inveſtiantur affectu illius, & ſecundùm eum operentur. Et patet experientia, quod ſi voluntas vindictæ ſpiret affectum, intellectus falſa quadam prudentiâ eandem vindictam judicat convenientem, nec ei deficiunt rationes ad colorandam hanc falſitatem; ſed præteritâ hac paſſione redit intellectus ad priſtinum ſuæ rationis lumen. Idem alia probatur experientia. *Quia infirmis ſitientibus* (propter deſiderium & appe- *loc. cit.* titum, quo feruntur in aquam) *repræſentantur omnes*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*aquæ, quas unquàm viderunt.* Unde ſequitur, ve
Ethic. c. 3. ſimum eſſe illud axioma Ariſtotelis: *Qualiſcunque*
*talis ei finis videtur.* Qualiter quiſpiam ſentit per a
fectum voluntatis; taliter quoque ſentiet per intelle
ctum. Cum igitur hoc principium ſit certum, rati
probatum, & confirmatum experientiâ; quis non vi
quàm neceſſarium ſit ad rectum uſum Prudentiæ,
conſervetur regnum animæ liberum, & paſſionibus
ſubiiciatur? Quia affectus purgatus & rectus rect
quoque reddet rationis lumen. Siquidem, ut do
S.Thomas. Angelicus, *Sicut præcipere eſt ab appetitu, quia præc*
*pit quis volens; ita rectè præcipere eſt à rectò appetit*
Quemadmodùm Prudentia ordinat & præcipit mo
à voluntate; ita ordinare & præcipere rectè depend
à rectâ voluntate.

Hugo de S. Vict. hom. c. 26. 4. Hugo de S. Victore juxta ſenſum magis mo
ralem exponit, aſſignatque actus Prudentiæ, cum ai
Primò Prudentia *Iudicat inter diem & noctem*, int
bonum & malum: eligit bonum, & deſerit malum
Secundò, *Iudicat inter diem & diem*: quia inter
*bona eligit, quod melius eſt: & inter meliora, qu*
*eſt optimum.* Tertiò, *Iudicat inter noctem & noctem*
quia *inter mala fugit pejus, & inter pejora, quod*
*peſſimum.* Quartò, *Iudicat inter omnem diem*: o
mnem enim arripit occaſionem benè operandi. Quintò
*Iudicat inter omnem noctem*: quia fugit omnem occa
ſionem mali.

Hoc eſt proprium veræ Prudentiæ, ut bonam
habeat electionem: eligat verum bonum, non appa
rens, & fugiat verum malum: & inter bona eligat
ſemper melius: & inter mala fugiat pejus. Cum
ipſi ignorantiæ intellectus *inter quatuor vulnera Na*
*turæ* numeratæ, & per peccatum originale contracta
1.2.q.85 a. confertur medela & remedium: Prudentia enim il
3.2.2.q.51. luminat intellectum, eique veram rerum tribuit co
gnitionem, diſcernendo inter verum bonum & verum
malum.

5. Verum ad modum, quo virtuoſè ſanctèque
hæc virtus ad praxin deducenda eſt, progrediamur.

Pro

Prudentia Divina & ſupernaturalis, de quâ loquimur, eſt radius vivus à vero Sole procedens : ab æternâ Luce progeneratus : eſt lumen quoddam practicum à primâ mente participatum : eſt ratio quædam directiva à primâ regulâ communicata. Conveniens igitur eſt, ut Prudentia creata ab increata (per veram ſimilitudinem & imitationem tanquàm imago à ſuo exemplari) perfectionem, vigoremque trahat & decorem. Prudentia in DEO non eſt diſtincta à ratione; ſed ipſa *Divina mens in DEO eſt eſſentialiter Prudentia*: quâ judicat omnes res, uti verè ſunt : apprehendendo ſeipſum ut finem, cunctasque creaturas ut media ordinata ad gloriam ſuam. *Faciet te Dominus excelſiorem cunctis gentibus, quas creavit in laudem & gloriam ſuam.* Simili modo ſe habere debet praxis Prudentiæ Chriſtianæ & ſupernaturalis: Scilicet de omnibus rebus judicandum eſt propter honorem DEI: apprehendendus eſt Deus *ut finis*, & creaturæ *ut ad finem.* Unde affectus noſter nunquam quieſcere & hærere debet in uſu creaturarum; ſed ex illis exurgere in cognitionem, amorem & gloriam ultimi finis. Hujusmodi ſemper extitit Prudentia Sanctorum; *Intendere finem ut optimum : & quod impedit ad illum finem, fugere : & quod juvat, agere.* Contemplari ſemper ſummum bonum, tanquàm ultimum finem : & apprehendere media ad talem finem : tollere impedimenta. Etenim Prudentia non eſt ſcientia ſpeculativa; ſed practica: non eſt ſola Prudentia intellectus; ſed affectus etiam & operis : *Prudenter intelligit, prudenter diligit, prudenter operatur.* Prudentia ſolius intellectus abſque prudentia boni affectus non eſt prudentia laudabilis, quâ præditi fuere Sancti; ſed prudentia vana, ſolùmque apparens. Hic eſt ſervus *Fidelis & Prudens*, quem Chriſtus D. N. adeò prædicavit : *Fidelis, quod diligit : Prudens, quod intelligit Deum*, tanquàm ultimum finem, ordinando creaturas tanquàm media ad eum aſſequendum. Ideò definitur Prudentia : *Eſt cognitio practica de mediis ad Deum perveniendi.*

*Summa de Virtutibus c. de Prud.*

*S Tho. 1.2. q.61. a.5.*

*Deuter. c. 261.*

*S. Thomas.*

*Cyrill. li 1. Apol. c.3.*

*Summa de Virtutibus c. de Prud.*

*Matth 24.*

*S. Bern. ap. Hug. l. cit.*

*S. Thomas.*

Ultra Prudentiam debemus inſuper habere bonum uſum cæterarum partium ejus : videlicet , Memoriæ, Intelligentiæ, & Providentiæ. Memoriæ, *de præterito*, ſemper memoriâ recolendo Divina beneficia, & præſertim illud Redemptionis. Intelligentiæ, *de præſenti*, practicè conſiderando obligationem Chriſtianæ noſtræ profeſſionis, ac totum illud, quod Deus ab eo poſtulat. Providentiæ, *de Futuro*, prævidendo Noviſſima, & maximè Mortem.

Prætereà in executione operis eris *Diligens*, *Circumſpectus* , & *Cautus*. *Diligens*, ordinando ſtatim
ex Ariſt. res conſultatas & judicatas : quia *Conſultatio tarda, Imperium velox*. *Circumſpectus* , ne deſit aliqua circumſtantia neceſſaria. Cautus, in amovendis & ſuperandis omnibus impedimentis contrariis: diſcernendo non ſolum *inter bonum & malum* ; verùm etiam inter *bonum & bonum* , *& inter malum & malum* : eligendo *ſemper, quod majus bonum* , *& fugiendo quod pejus malum*, veluti ſupra dictum fuit cum Hugone. Et quod attinet ad impedimenta, non gravia duntaxat; ſed etiam levia tollenda ſunt impedimenta. Unde docet Alber-
Albert. de virtut. c. 8. tus : *Vera Prudentia non ſolum fugit , quod ſemper ſeparat à fruitione Dei, ſcilicet , peccatum mortale ; ſed etiam omne illud , quod elongat ad tempus , ſcilicet , peccatum veniale.*

In hoc igitur conſiſtit praxis veræ Prudentiæ; in ordine rerum , ſecundùm rationem finis & mediorum: &, ut loquitur S. Auguſtinus : *In Frui , & Uti: in Fruitione DEI propter ſe , & in uſu creaturarum propter Deum.*

Pro complemento hujus praxis ſeu exercitij , ubi præfectæ Prudentiæ multùm proderit obſervatio bonorum trium documentorum , ex huc uſque dictis collectorum. Primum : ut conſervemus nos liberos à paſſionibus , & voluntatem noſtram rectificemus, conformemusque regulæ ſancti Amoris Dei: rectificato namque appetitu, rectus quoque erit intellectus: ſiquidem, ſecundùm Philoſophum: *Judicamus, ſicut afficimur* : juxta amorē, quo voluntas noſtra afficitur, diſcernit & judicat intellectus. Secundum, ut ſtudeamus recti appe-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

apprehendere res, *pro ut ſunt, & non prout apparent:* in hac enim recta juſtaque apprehenſione rectum ju- ſtumque dependet Prudentiæ judicium. Etenim in- tellectus judicat, ſecundùm quod apprehendit, & eſt proprium Prudentiæ, *pretia rebus imponere,* æſtimando eas juxta proprium pondus & valorem. Tertium, ut nobis perſuadeamus, Prudentiam noſtram variis mul- tiſque defectibus & erroribus eſſe obnoxiam, neque prævidere poſſe, quid futurum ſit: ac propterea neceſſe eſt, ut recurramus ad Divinum conſilium, poſtulantes lumen & directionem in iis, quæ peragenda ſunt. Et hæc de Prudentia.

# CAP. II.

## *De Virtute Juſtitiæ.*

TRiplicem diſtinguunt Theologi Juſtitiam: Ge- neralem, Legalem, & Cardinalem. Prima re- ſpicit Gratiam cum unione omnium virtutum infuſa- rum: & in hoc ſenſu idem ſunt Homo juſtus, & Homo in Gratia Dei, ſeu amicus Dei. Unde ipſamet Gratia Dei vocatur Juſtitia, & converſio peccatoris de ſtatu peccati ad ſtatum Gratiæ dicitur Juſtificatio: juxta quem ſenſum loquebatur David, quandò dicebat: *Ego autem in Juſtitia apparebo conſpectui tuo,* q. d. in conſpectu Dei comparebo ornatus ſancta illius Gratia & amicitia. Secunda reſpicit obſervantiam legis, in ordine ad bonum commune Reipublicæ. Unde virtus illa inclinans Superiorem & Subditos, ut obſerventur leges ad conſervandam communitatem in pace & quie- te, appellatur Juſtitia legalis. Tertia ſpecies Juſtitiæ, de qua hic propriè agendum, eſt virtus illa, quæ *Jus ſuum unicuique tribuit.* Et hæc virtus tres requirit conditiones. Prima eſt, ut ſit inter perſonas diſtinctas. Unde dicitur quod *requirit perfectam alteritatem, & eſt in ordine ad alterum.* Quapropter nullus in ſeipſum eam propriè exercere poteſt, niſi in uno eodemque

*2.2, q. 58.*

*Pſal. 16.*

*S. Thomas.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Ariſt. 4. Ethic.* diverſæ partes diſtingui valeant. Propterea ſecun[dum] Philoſophum, quod notat etiam S. Thomas: *Hi[c]* *2. 2. q. 20. a. 2.* *minus juſtitia ad ſeipſum, in quantum appetitus ſen[ſitivus]* *obedit rationi.* Secunda conditio eſt, ut in unâ [...] harum perſonarum ſit jus, & in alterâ debitum: [...] ſi ego teneor & debeo dare proximo meo, ille *habe[t]* *& exigentiam mei debiti.* Tertia eſt, ut inter [...] jus & debitum *fiat juſtum*, & ego tantùm dem p[ro]ximo, quantùm proximus debet recipere, nec p[lus] nec minus.

Hæc igitur eſt virtus Juſtitiæ: virtus qua[...] inclinans ad dandum, *quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ* *ſunt DEI DEO.* Debemus namque Deo, quæ ſun[t] Dei, nempè, Adorationem cum cultu [...] Fidei, Spei, & Charitatis, & cum exteriori cultu Sacrificij, Reverentiam, Obſequium. Et pro[xi]mo debemus, quæ ſunt noſtri proximi, videlicet bonam Opinionem, Æſtimationem, Amorem, de ipſo benè loqui, exhibere ei beneficia, fugiendo actus hiſce contrarios, nempè Opinionem malam, Contemptum, Odium, Maledicentiam, & Murmurationem, aliasque actiones externas offenſivas. Et haec de natura virtutis Juſtitiæ, jam ad virtutis hujus actu[m] procedamus.

*q. 60. a. 1.* 2. Proprius Juſtitiæ actus, ſecundum S. Thomam, *Eſt rectum judicium: rectè judicare de rebus* *ſecundum Regulas Prudentiæ.* Ut verò hoc judicium ſit rectum & juſtum, tres poſtulantur condi*loc. cit.* tiones: *Sit ex juſtitiâ, ex auctoritate, ex ratione.* Secùs eſſet judicium injuſtum, uſurpatum, & temerarium, quale erat judicium à Chriſto Salvatore noſtro prohibitum, quandò dicebat: *Nolite judicare,* *& non judicabimini.* Secundùm igitur virtutem Juſtitiæ rectè judicare debemus in rebus ad proximum noſtrum ſpectantibus, judicare cum rectitudine, cum Charitate, & rationibus ſufficientibus nixi, fugere omnem umbram malæ ſuſpicionis & ſiniſtræ opi*loc. cit. a. 3.* nionis de proximo, quæ, juxta S. Thomam, ex tri*& 10.* bus procedit principiis: primum eſt propria mali[tia] [...]

..., ut habetur in Eccleſiaſtico, *Stultus, cùm ipſe ſit*
*inſipiens, omnes ſtultos æſtimat.* Secundum eſt malus
affectus in proximum: nam *facilè credimus, quod appe-*
*timus.* Tertium eſt experientia: ideòque de ſenibus
ait Ariſtoteles, quod *ſint maximè ſuſpicioſi.* Prima
& ſecunda cauſa eſt mala: hæc tertia non eſt mala,
quoniam ab experientia accipitur aliqua certitudo
moralis, quæ poſſit judicio ſuppeditare fundamen-
tum.

Secundus actus virtutis hujus eſt actus voluntatis,
quo volumus, amamus & deſideramus, quod juſtum
eſt in noſtris actionibus.

Tertius eſt actus potentiæ executivæ, quo juſtè etiam
operamur.

... Præter hos actus habet virtus hujusmodi ſuas cau-
ſas & effectus.

Cauſa hujus virtutis aſſignatur ab Apoſtolo, & eſt
charitas proximi: *Qui enim diligit proximum, le-* Rom c 13.
*gem implevit: nam non adulterabis, non occides, non*
*furaberis, &c. in hoc verbo inſtauratur: Diliges &c.*
Nam verò, qui amat proximum, nullum ei intendit
inferre malum: fac igitur, quod conveniens &
juſtum eſt, & obſerva virtutum Juſtitiæ cum pro-
ximo.

Effectus eſt pax, gaudium, & conſolationes Spiritus
Sancti: *Dilexiſti juſtitiam, odiſti iniquitatem* (vel ut Pſal. 44.
alii legunt) *injuſtitiam, propterea unxit te Deus oleo*
*lætitiæ præ conſortibus tuis*, propterea anima tua repleta
fuit ſancta unctione Divinæ dulcedinis & conſolatio-
nis Spiritus Sancti, pacis & concordiæ cum Deo &
proximo. Unde *Iuſtitia & Pax oſculatæ ſunt.* Pſal. 84.
Juſtitia, juxta S. Bonaventuram comparatur viæ Die. Salut.
& regulæ rectæ: *Eſt recta ſemita, & recta re-* Tit. V.
*gula*; effectus namque Juſtitiæ principalis eſt
*attingere tanquam per viam rectam ad bravium ſempi-*
*ternum*: ut inſtar certæ regulæ & menſuræ recti-
ficet. Effectus quoque virtutis Juſtitiæ eſt, ut cæ-
teras omnes virtutes ordinet ad ſuum finem, nec
non proximo juſtum & æquale reddat debitum.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Unde etiam affirmari poteſt, Juſtitiam, virtutem ſpe-
cialem, eſſe virtutem univerſalem, *quantùm ad motio-
nem & imperium*: veluti etiam ſe habet Charitas
ultimum finem.

4. Ex hucusque dictis colligitur, qualis debeat
eſſe modus, quo virtus hæc Juſtitiæ exercenda
*Rom. 13.* Eum verò docet Apoſtolus illis verbis: *Reddite omni-
bus debita.* Creditores, quibus magnis obſtrictiſſ
*Serm. de tri* debitis, varij & multi ſunt, ſecundùm S. Bernardum
*plici genere* Deus, Sancti, Angeli, Animæ Purgatorij, Animæ noſtræ
*bonorum.* noſter Proximus, proprium Corpus. Deo debemus
*Amorem, & Subjectionem: Amorem, quia fecit nos &
benefecit nobis: Subjectionem, quia eſt ſuper nos.* Sanctis
& Angelis debemus *Imitationem*: Animabus Purga-
torij *Compaſſionem*: Animabus noſtris *Puritatem*:
Proximo noſtro *Pacem*: proprio corpori *Sanitatem &
non Voluptatem.*

Hæ ſunt obligationes & debita, quibus neceſſa-
riò ſatisfacere tenemur ſalutis obtinendæ gratia; ve-
rùm ſi loquamur de perfectione, ſecundùm eun-
dem mellifluum Doctorem, debita noſtra multò ma-
jora ſunt.

Ac primò non qualemcunque Deo debemus Amo-
rem; ſed perfectum: ſicque non ſolùm cunctas crea-
turas diligamus propter Deum; verùm etiam nosipſos
*propter ipſum diligamus*: Angelis, cæteriſque Sanctis,
*Non ſolùm debemus Imitationem; ſed ardenter deſiderium
conſpectum eorum.* Animabus Purgatorij, *Non ſolùm
Compaſſionem & Orationem; ſed etiam Congratulationem*
debemus, condolentes quidem earum pœnis & tor-
mentis; at multò magis iis congratulantes, *quod propè
eſt, quod abſtergat Deus omnem lachrymam ab oculis
eorum.* Animabus noſtris, *Non debemus tantùm*
*Puritatem, ut humiliter confiteamur peccata noſtra;*
*eſt in intentione, cogitatione, & opere glorificemus*
*Deum, qui in Cœlis eſt.* Proximo noſtro non duntaxat
*debemus pacem*; verùm etiam *cum his, qui oderunt pacem,
eſſe pacifici, portare omnes, & à nemine velle portari.*
Denique proprio Corpori, *Non debemus tantùm Sani-
tatem, ſed ſervitatem, ſed afflictionem, ſed laborem*

juxta *Apoſtolum, qui dicebat: Caſtigo corpus meum, &*
*in ſervitutem redigo. Et hæ ſunt ſemitæ ſpiritualis*
*exercitij, in quibus religioſa mens & dilatatur & de-*
*lectatur.* Hæc eſt via perfectionis, ut, nimirùm, nos
occupemus oblectemusque in præfatis conſideratio-
nibus & exercitiis.

Verùm, ut in compendium reducamus hanc debi-
torum noſtrorum praxin, optima eſt illa, quam nobis
tradit Spiritus ſanctus: *Indicabo tibi, homo, quid ſit* Mich. c. 7.
*bonum, & quid Dominus requirat à te: facere judicium,*
*& diligere miſericordiam, & ſollicitè ambulare cum Deo tuo.*
Tres ſunt, inquit Spiritus ſanctus, creditores noſtri,
quibus ſatisfacere tenemur: eſt Deus, Proximus &
Nosipſi. Deo debemus Obedientiam, Proximo Mi-
ſericordiam, Nobiſmetipſis Correctionem & Mortifi-
cationem. Erga Deum debes habere cor Filij, erga
Proximum cor Patris, erga teipſum cor Judicis. Hoc
ſolum ſignificant & innuunt verba illa: *facere judicium,*
*id eſt, prævenire judicium Dei*, accuſando nosipſos:
etenim, ſecundùm Apoſtolum, *Si nosipſos judicaremus,*
*non utique judicaremur.* Hoc veræ Juſtitiæ proprium 1. Cor. 11.
officium eſt, juxta S. Auguſtinum, ordinare perfectè *Matth. c. 5.*
hominem in Deum, & in Proximum, & in ſeipſum: ita *S. Tho. in*
ut ex qualibet actione triplex eruat bonum: bonum *ep. ad Gal.*
Gloriæ, quod attribuat Deo: bonum Utile, quod com- *3. lect. 3.*
municet Proximo: & bonum Confuſionis, quod ſibi-
ipſi tribuat. Hi ſunt tres Creditores noſtri, à Spiritu
ſancto nobis conſignati.

Qui hos eosdem ad minorem reſtringere voluerit
numerum, unicum ſolum eſſe Creditorem noſtrum,
cui tantùm obligati ſumus, reperiet: & hic eſt Amor
& Charitas proximi, juxta dictum Apoſtoli: *Nemini*
*quidquàm debeatis, niſi ut invicem diligatis.* Quaſi Rom. c. 13.
dicat Apoſtolus: Volo, vos eſſe liberos ab omni debito; S. Thom.
ſed non ab hoc debito Charitatis: nunquàm hoc de-
bitum recuſandum aut negandum eſt, ſemper inter vos
vigere debet, nunquàm debet eidem ita ſatisfieri, ut
nil ampliùs remaneat ſolvendum. Et hujus reddit ra-
tionem S. Thomas, quia *Charitas in diligendo non de-*
*ficit, ſed proficit,* & creſcit: igitur, cùm creſcat creditum,

quid nimirum, ſi creſcat etiam debitum? *Semper debe* *Epiſt.* 62. *Charitatem*, ait S. Auguſtinus, *Nec cùm redditur, amittitur; ſed potiùs reddendo multiplicatur: habendo enim redditur, non carendo.* Cujus adhuc duas alias aſſignat rationes S. Thomas. Prima ſumitur ex debito præcepti: ſemper enim nos obligat præceptum Charitatis: *Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis invicem.* *Ioan.* 15. Secunda deſumitur ex cauſa Amoris proximi: quia amamus proximum noſtrum propter Deum, *cui ſufficienter penſare non poſſumus.* Diſcamus ergò ab Apoſtolo quodcunque aliud excutere debitum, carnis, ſanguinis, opum mundanarum verſus proximum noſtrum: conſervantes duntaxat debitum & obligationem veræ Charitatis, diligentes proximum propter nullam aliam obligationem, quàm propter eam, quam ipſamet apportat Charitas, & verus ac purus Amor Dei.

# CAP. III.

## *De Virtute Religionis.*

1. RELIGIO eſt virtus quædam glorificativa Dei, inclinans ad cultum debitum Deo tribuendum, propter ſummam ejus excellentiam, perfectiſſimamque eminentiam in omni genere perfectionis, quam in ſe ipſo continet, tanquàm Primum, Increatum, & Divinum Eſſe, tanquàm Primum Principium, & Ultimus omnium rerum Finis. Et per conſequens inclinat etiam ad dandum id, quod competit creaturæ, quod eſt vilitas, humilitas & contemptus: proportionata utpotè attributa propriæ ejus ſubjectioni, dependentiæ ac proprio ejus nihilo. Hoc tributum ſeu cultus duobus modis Deo, attribui poteſt: vel actibus internis intellectus & voluntatis, quemadmodum eum exhibent Angeli in cœlo: vel actibus etiam externis corporis, in quantum iſti dependent ab internis, &

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[..]torum ſignificativi. Inſuper cultus internus duobus [m]odis exerceri poteſt; aut explicitè, verbo men[t]ali intellectus profitendo excellentiam Dei, & no[ſ]tram vilitatem: aut implicitè, perficiendo aliquem [a]ctum, ſeu internum, ſeu externum, quo ſignificare, [&] profiteri intendimus independentiam Dei, & no[ſ]tram dependentiam.

2. Hæc virtus ab aliis ſecernitur. Primò à Theo[lo]gicis: quia Religio totum ſuum objectum adæ[q]uatum, quantùm ad partem materialem & formalem, [h]abet extra Deum, & reſpicit ſolùm Deum, tan[q]uam finem, aut, ut cum Theologis loquamur, tan[q]uàm objectum (*cui*;) at virtutes Theologicæ neceſ[ſa]riò reſpiciunt Deum, ad minus tanquàm motivum & objectum ſuum formale.

Diſtinguitur etiam Religio ab Humilitate: et[e]nim hæc inclinat ad propriam vilitatem, ut[p]otè propriæ perſonæ convenientem; aſt Re[li]gio eandem, tanquàm Divinæ Excellentiæ ſi[g]nificativam & proteſtativam reſpicit & contem[p]latur.

Denique diſtinguitur à Sanctitate, tanquàm in[cl]uſum ab includente: nam Sanctitas dicit totum [i]d, quod dicit Religio, & inſuper addit *obla[t]ionem internam mentis*, offerendo *non ſolùm ſua, ſed etiam ſe.* Unde, ut benè notat Cajetanus, *o[m]nes Sancti ſunt Religioſi; non è contra, omnes Religioſi ſunt Sancti: quia qui Sacrificiis vacant, Religioſi ſunt, non verò Sancti*, niſi ſeipſos etiam intrinſecùs Deo applicent.

3. Ab hac eſſentia & natura virtutis Religio[n]is dependent proprij actus proportionati, & ſunt [t]res.

Primus eſt actus intellectus, quo cognoſcitur Divina Eminentia, & proprium nihilum: quodque à Deo, tanquàm à primo Principio omnia producantur ac con[ſ]erventur, & creaturæ quò ad omnia à Deo dependeant, & in eſſe, & in operari: ſibiipſis verò relictæ in nihilum redigantur.

Secun-

Secundus eſt actus voluntatis, quo volumus æterno reverentiam & honorem Deo debitum.

Tertius eſt actus potentiæ executivæ, quo mediante eundem profitemur finem concurrentibus actibus externis inclinationum, genuflexionum & proſtrationum.

Verum eſt, quod virtus Religionis eſſentialiter conſtat in ſecundo actu; ſed neceſſariò etiam ſupponit primum, & per tertium completur & perficitur.

*q. 82. a. 1. Cajet.* Præterea Devotio eſt actus elicitus à Religione, quia eidem, cui Religio, ineſt potentiæ. Oratio, Adoratio, Sacrificium, Votum, Juramentum virtutis hujus actus quoque ſunt, ſed imperati; & quia nos proponent ad alias virtutes, Religionis proprij dicuntur actus. Ultra hos, cæteri virtutum actus à Religione quoque poſſunt eſſe imperati, cùm eoſdem ordinat ad proprium finem Gloriæ Dei.

4. Ex his actibus Religioni propriis dignoſcuntur actus contrarij & oppoſiti, quales ſunt actus Superſtitionis, quæ eſt vitium virtuti Religionis contrarium.

*S. Th. q. 94.* Superſtitio tres habet partes, & ſunt, Idololatria, Divinatio, vana Obſervatio. Enimverò Religio in ordine ad Deum tres reſpicit fines, qui ſunt, Reverentia, Inſtructio, Directio. Idololatria eſt contraria primo fini: quia reverentiam & honorem Deo debitum & proprium transfert ad creaturas. Divinatio eſt contraria ſecundo fini, eò enim ipſo, quò Deus conſulendus erat in re dubiâ, conſulitur Dæmon cum pacto explicito, vel implicito. Obſervatio vana tertio fini oppoſita eſt: quia in mediis ex ſe inſufficientibus quærit efficaciam interveniente Dæmonis invocatione tacitâ, aut expreſſa. Et hæc de naturâ virtutis Religionis. Ad modum, quo in praxin redigenda eſt, progrediamur, ut ſic noſtro cum merito & profectu ſpirituali eandem exerceamus.

5. Principalis virtutis hujus actus à nobis exercendus eſt actus ille Devotionis, quæ eſt prompta quædam voluntas ad omnia pertinentia ad ſervitium & gloriam Dei.

*q. 82. a. 1. Cajet.* Cauſa hujus Devotionis, juxta Sanctum Thomam eſt

con-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

contemplatio Bonitatis, Divinorumque beneficiorum: hinc naſcitur Amor, immediatum Devotionis principium: nam prompta deferuntur obſequia amico, qui amatur: ex noſtrâ deinde parte eſt conſideratio propriorum defectuum. Ex hac Devotione, veluti ex cauſa progeneratur affectus, & gaudium ſpirituale, non propter primam duntaxat conſiderationem Dei; verum etiam propter ſecundam defectuum noſtrorum contemplationem. Quia *eſt triſtitia ſecundùm Deum, quam comitatur gaudium, ſecundùm illud Auguſtini: Doleat, & in dolore gaudeat: propter quod de Sanctis legimus, quod læti hilaresque erant, & meritò, utpotè inchoantes in Terris cœleſtem Converſationem.* a.4. Cajet.

Præterea, ſicut Religio eſt virtus quædam immediatè virtutes ſubſequens Theologicas, & ſuperior cunctis aliis virtutibus moralibus; ita ſimul exercenda eſt cum illis, præſertim una cum Charitate: amando Deum cum Charitate, cum Religione eidem ſerviendo, amplectendo Deum, tanquàm finem, cum Charitate: creaturas omnes ordinando ad Deum per actum Religionis. Quapropter ſervitus imperata à Religione non eſt ſervitus Timoris, ſervitus coacta per timorem pœnarum; ſed ſervitus Amoris, ſervitus libera, inſerviens Deo: quia hujusmodi ſervus amat eum tanquam amicus, juxta dictum Chriſti: *Non dixi vos ſervos, ſed amicos.* Ioan.c.15.

Motivum & ratio ſervitutis hujus eſt nobilitas Naturæ Divinæ, ſuperioris, & in infinitum excedentis totam rerum creatarum univerſitatem, in ratione Primi Principij. Enimverò, ſi ſuperioritas accidentalis, veluti ſunt: nobilitas, divitiæ, ſapientia ſufficientia motiva ſunt ad inducendos titulos ſervitutis & Dominij inter homines; quantò magis ſuperioritas eſſentialis, qua Deus præditus eſt, cunctisque prædominatur creaturis, ſufficiens erit titulus, ratione cujus omnes creaturæ obligantur eidem debita præſtare obſequia & ſervitia.

Et tametſi *Servitus* (ut benè advertit S. Thomas) *ſit abjecta conditio*; nihilominùs *ex additione* (*Dei*) *redditur commendabilis.* Eſſe ſervum abſolutè, eſt vile Rom.1. Lect.1.

& ab-

& abjectum ; ſed eſſe ſervum Dei , eſt quid digniſſimum & nobiliſſimum : etenim accipit nobilitatem & valorem à perſona , cui ſervitur. Propterea S. Apoſtolus de hoc ſolo gloriabatur : *Paulus ſervus*
Rom. 1. JESV CHRISTI. Verùm , hæc ſervitus Dei, ut ſit perfecta ; totalis ſit , neceſſe eſt, ita, ut totum complectatur , & nulla remaneat pars in homine, quæ non ſe Divino impendat ſervitio. Quamobrem,
p. 4. tit. 5. c. 7. ut benè docet S. Antoninus , ſervitium eſt cultus Dei debet eſſe quintuplex : *Cultus cordis* , *Cultus oris* , *Cultus operis* , *Cultus corporis* ; *Cultus virtutum*. Ac primò cultu cordis debemus recognoſcere, revereri, & amare Deum , veluti meretur , eò quod ſit primum rerum creatarum Principium. Secundò, cultu oris à nobis benedicendus & laudandus eſt, eique gratiæ agendæ ſunt propter idem motivum. Tertiò , cultu operis ſeu actionis Deo omnia opera noſtra ad gloriam ſuam offerre debemus. Quartò, Deo ſervire tenemur cultu corporis , adorationibus, videlicet , genuflexionibus , proſtrationibus, &c. Denique, ſervire debemus Deo cultu virtutum, nimirùm , ordinando cunctas virtutes ad finem Religionis, qui eſt gloria Dei , juxta dictum S. Apoſtoli Jacobi : *Religio munda & immaculata hæc eſt : viſitare*
Iac. c. 1. *pupillos & viduas, &c.* Actus enim hic actus eliciti quidem eſt à virtute Miſericordiæ ; ſed imperatus à virtute Religionis. Hujuſmodi exercitio ſe occupant
Pſal. 28. Sancti in cœlo ( *In templo ejus omnes dicent gloriam* ) quoſcunque actus , operationeſque ſingulas referunt ad gloriam Dei. Videre Deum , amare Deum, gaudere & frui Deo pro ultimo fine ſortiuntur gloriam Dei: cujuſvis namque operis honor & gloria a tribui debet ſuæ cauſæ principali : & , ut communiter dici ſolet, *Opus laudat artificem* ; ita & nos in cunctis actionibus noſtris , in omnibus virtutum actibus , *dicemus ſemper gloriam* : de quolibet actu bono detur gloria ſoli Deo,
Baruch. c. 3. tanquam primæ cauſæ , non nobis: *Nobis autem confuſio faciei noſtræ.*

CAP.

# CAP. IV.

## *De Virtute Pietatis erga Parentes.*

1. QUemadmodùm virtus Religionis eſt virtus quæ- 2. 2. q. 101.
dam honorificativa Dei, quia inclinat ad cultum debitum Deo tanquàm primo Principio & ultimo noſtro Fini tribuendum; ita virtus Pietatis eſt virtus quædam honorificativa genitorum ſeu parentum, inclinans ad reddendum iiſdem convenientem honorem & reverentiam debitam, eò quòd poſt Deum, noſtri eſſe, noſtræque vitæ principium exiſtant & cauſa. Ratio, juxta S. Thomam, eſt, quia tam Religio, quàm Pietas ſunt virtutes annexæ virtuti Juſtitiæ: quia reſpiciunt debitum, quod debetur aliis: at cum diſcrimine. Religio reſpicit debitum, quod debetur Deo, ratione ſummæ excellentiæ in ſeipſo, & ſummæ beneficentiæ reſpectu noſtri; at Pietas reſpicit debitum, quod debetur Parentibus, ratione alterius cujuſdam excellentiæ & beneficentiæ longè inferioris: ergo eſt alia virtus à Religione diſtincta, quæ dicitur Pietas.

2. Finis virtutis Pietatis eſt, ſatisfacere, quantùm poſſibile eſt, obligationi, quâ Parentibus, Patri & Matri obſtricti ſumus, ratione ſuperioritatis in eſſe, quam habent verſus filios. Unde objectum illius eſt cultus exterior, veluti debitus genitoribus propter beneficium generationis.

3. Tres dantur proprij hujus virtutis actus. S. Anton.
Primò, *Reverentia*: ſiquidem parentes noſtros hono- p. 4.
re tenemur, juxta præceptum Chriſti: *Honora Patrem tuum, & Matrem tuam.*

Secundò, *Obedientia. Filij obedite parentibus veſtris;* Coloſ. 3.
ſed non in iis, quæ Deo adverſantur (tametſi eſſent in materiâ levi peccati venialis) aut quæ impedirent ſervitium Dei, veluti eſt ingreſſus Religionis; unde bene dixit S. Hieronymus: *Summum genus Pietatis eſt, in hac re eſſe crudelem.*

Tertiò,

Tertiò, debemus quoque parentibus, ſi ſint pauperes,
ſubminiſtrare neceſſaria ad ſuſtentationem vitæ, juxta
*1. Tim. 5.* dictum illud Apoſtoli: *Filij reddite vicem Parentibus,*
*hoc enim acceptum eſt coram Deo.* q. d. Reddite vi-
ciſſim, quod vobis præſtiterunt, enutrite eos in extrema
neceſſitate conſtitutos, quemadmodùm vos educarunt
*1. 2. q. 101.* & nutriverunt. Quamvis, ut docet S. Thomas, id
quod debetur parentibus, tanquàm noſtris Majoribus
& Superioribus, & tanquàm principiis noſtri eſſe,
per ſe & neceſſariò, ſit honor & reverentia; ſubmini-
ſtratio verò neceſſariorum in infirmitate & paupertate
tate debeatur eiſdem ſecundariò, & veluti acciden-
taliter.

4. Effectus proprius virtutis hujus, ſicut & reliquo-
rum pertinentium ad Juſtitiam, eſt, facere conveniens,
æquum, & debitum. Et ſæpenumerò ſufficit, ut ſit de-
bitum morale, importans certam quandam convenien-
tiam & decentiam, etſi non ſit debitum legale: etenim
perſæpè parentibus ſupererogationis exhibeatur obſe-
quia, abſque legis obligatione.

Quo ad praxin, virtus hæc exercenda eſt erga Deum,
cum eadem virtute Religionis, quæ eminenter continet
*a. 3, ad 2.* virtutem Pietatis, quemadmodùm etiam virtus Obſer-
vantiæ & Gratitudinis. Quia virtus Religionis inclinat
ad honorem exhibendum Deo, non tanquàm primo
Principio duntaxat; verùm etiam tanquàm primo
Patri noſtro, primo Superiori, primo & Summo noſtro
Benefactori. Unde hæ tres virtutes Pietatis, Obſer-
vantiæ, & Gratitudinis erga Deum non diſtinguuntur
à Religione.

*Opuſc. de* Inſuper, hac virtute Pietatis, ut docet S. Thomas, quàm
*dilect.* plùs debet amari Chriſtus, Pater tuus cœleſtis, quàm
*Chriſti.* homo Pater tuus terrenus. Quare, ſi obligaris diligere
Patrem terrenum, à quo ſolùm obtinuiſti corpus, quod-
que damnationis tuæ cauſa eſſe poteſt; quantò magis
debes diligere Chriſtum, à quo habes corpus & animam,
*Deut. c. 32.* & omne bonum? *Nunquid non ipſe eſt Pater tuus, qui*
*S. Thomas.* *poſſedit te, & fecit, & creavit te? Fecit corpus, creavit ani-*
*mam, poſſedit utrumque.*

Pr

Præterea diligitur Pater, quia enutrit filios ſuos. *Et in hoc præponderat Deus: quia paſcit corpus, paſcit* S. Thomas. *animam, affluentia omnium bonorum, tum materialium, tum ſpiritualium. Dominus regit me, & nihil mihi* Pſal. 22. *deerit: in loco paſcuæ ibi me collocavit.* Adhæc diligitur Pater, quia ſtudet magnificare filios. *Et in hoc tantò præponderat Deus, quantò Divina gloria* (quam Deus nobis permittit) *major eſt omni gloria humana. Qui* Apoc. 3. *vicerit, dabo ei ſedere mecum in Throno meo: ſicut & ego vici, & ſedi cum Patre meo in Throno ejus.* Quocirca dicebat S. Apoſtolus Paulus: *Flecto genua mea ad Pa-* Epheſ. c. 3. *trem Domini noſtri IESV CHRISTI, ex quo omnis Pater-nitas in cœlo, & in terrâ nominatur.* Enimverò, ut ex-ponit S. Thomas, Paternitas Dei, quâ producit ad intra, & creat ad extra, eſt Paternitas prima, à quâ omnis alia Paternitas creata dependet. Quare dicamus cum Isaia: *Tu Domine Pater noſter, & Redemptor noſter.* c. 63. Et, O Domine, ut verum noſtrum agnoſcimus Patrem, ita propterea virtute Pietatis majorem imò infinities majorem tibi debemus honorem & amorem, quam cui-vis alteri Patri terreno.

Eadem virtute debemus quoque reverentiam & amorem Sanctis Angelis. Siquidem, ut docet S. Tho-mas, *Non ſolùm qui dat potentiam vitæ, ſed etiam, qui* Epheſ. 3. *dat actum vitæ, Pater noſter dici poteſt: ergò quicunque* lect. 4. *inducit aliquem ad aliquem actum vitæ, puta, ad benè operandum, intelligendum, volendum, amandum, ejus Pater dici poteſt.* Et in hoc ſenſu unus Angelus, in quantum illuminat alium, eſt Pater illius, ſicut Magiſter eſt Pater Diſcipuli. De hac Angelicâ Paternitate lo-quebatur Apoſtolus, quandò dicebat: *Ex quo omnis Paternitas in cœlis*, nempè, ut exponit S. Thomas, *in Angelis.* Ergò ob eandem cauſam Angeli dici poſ-ſunt Patres noſtri, in quantum nos illuminantes *indu-cunt nos ad aliquem actum vitæ.* Igitur mediante Ephes. c. 3. virtute Pietatis eos ut Superiores, Principia & Au-ctores noſtrarum operationum poſt Deum agnoſcere: & ut tales amare & revereri, nec non in cunctis noſtris neceſſitatibus ipſorum auxilium implorare & invocare debemus.

Denique, pro bono uſu virtutis hujus reſpectu Patris & Matris obſervandum, hanc virtutem ſubordinari virtuti Religionis, ac proindè parentes amari propter cultum Pietatis ipſis debitum; ſed multò magis propter cultum excellentioris Pietatis & obligationis Deo debitum. Unde amari debent in ordine & reſpectu ad primum Patrem, qui eſt Deus: in quantum hi derivantur ab illo, & in quantum primus noſter Pater Deus ita vult & præcipit: recognoſcendo & contemplando in Patre terreno noſtrum Patrem cœleſtem, qui eſt Deus, & convertendo amorem carnalem parentum noſtrorum, Patris & Matris, in amorem ſpiritualem eorundem.

# CAP. V.

## *De Virtute Obſervantiæ erga Superiores.*

2.2 q.102. 1. NAtura & officium hujus virtutis eſt, inclinare ad tribuendum honorem & reverentiam exhibendam Superioribus debitam, ſolùm quia ipſi ſunt Superiores, qui actu nos gubernant, vel poſſunt gubernare & regere. Unde virtus Obſervantiæ diſtinguitur à virtute Pietatis: quia hæc honorat parentes, *in quantum ſunt principia eſſendi & gubernandi*; Obſervantia reveretur Superiores ſolùm, *in quantùm ſunt principia gubernandi*. Ratio eſt, quia gubernare, ſecundùm S. Thomam, *eſt movere in debitum finem*: & quemadmodùm id, quod movet, certam quandam habet ſuperioritatem & excellentiam reſpectu ejus, quod movetur; ita ex hoc convenit, ut ei exhibeatur honor & reverentia.

2. Tres ſunt hujus virtutis actus. Primus eſt
q.103. Honor, qui debetur Superioribus. *Eſt autem honor teſtificatio virtutis*: teſtimonium, inquam, quod aliquo actu externo refertur de virtute Superioris: &, ſi teſtimonium hoc ſolùm redditur verbis, vocatur Laus. Præterea Honorem præcedit Reverentia, tanquàm cauſa; qua

...ia ex Reverentiâ, quam deferimus Superiori, pro-
...creatur illius honoratio, & conſequitur Gloria, tan-
quam effectus; nam ex honoratione clara perſonæ ho-
...ratæ naſcitur notitia, dicta Gloriâ. Secundus actus
eſt Timor, quem tenemur exhibere Superioribus, pro-
pter potentiam, quam habent, nos caſtigandi & corri-
gendi. Tertius eſt Obedientia, quam iisdem præſtare
debemus, juxtà præceptum Apoſtoli: *Obedite Præ-* *Heb. 13.*
*poſitis veſtris.* Hiſce actibus obligati ſumus honorare
non tantum Superiores noſtros actu nos gubernantes;
verum etiam omnes illos, qui ratione aliqua, ſeu
...ius, ſeu dignitatis, vel officij nos præcedunt, ſe-
cundùm mandatum Apoſtoli: *Honore invicem præve-* *Rom. c. 12.*
*nientes.*

3. Pro notitiâ modi exercendi hanc virtutem adver-
tendum, quod, ſicut excellentia creata, cùm ſit certa
quædam participatio excellentiæ Increatæ, ad hanc
eſſentialiter ordinatur; ita Reverentia, dignitati ter-
renæ debita, non debet in ea perſiſtere & morari; ſed
ultrà procedere, & ordinari ad Divinam: honorem &
Reverentiam exhibendo perſonæ virtuoſæ, & in dignitate
aliqua conſtitutæ, non propter ſeipſam ultimatè, ſed
finaliter propter Deum, & in quantum repræſentat
Dignitatem Divinam. Eodem motivo etiam exhibe-
re debemus Reverentiam debitam hominibus titulo
Sanctitatis. Unde, quemadmodum triplex datur ſpe-
cies Reverentiæ & Adorationis: nempè Duliæ, Hyper-
duliæ & Latriæ; ita triplex datur excellentia, magna,
major & ſumma: & una ad alteram ordinanda eſt;
ideóque honorandi ſunt Sancti, & Regina Sancto-
rum propter Sanctum Sanctorum: & Sanctitas
creata honorari debet propter Sancti-
tatem Increatam.

# CAP. VI.

## *De Virtute Obedientiæ.*

2.2. q.104. a.1. 1. OBediëntia eſt virtus quædam, inclinans ad executionem præcepti Superioris, in quantum eſt præceptum, qualecunque ſit præceptum, aut expreſſum, vel ſolùm interpretativum: obediendo ſimpliciter verbo & voluntati Superioris, juxta dictum Apoſtoli:
Ad Tit. 3. *Dicto obedite.* Et meritò. Quia ſicut in rebus naturalibus unum corpus eſt ſupra aliud, & ſuperius movet inferius, veluti Cœli movent Elementa; ita in rebus humanis debet eſſe diverſitas graduum, Superioris & Inferioris, & Superior ordinare, & Inferior obedire debet. Hæc Obedientia duplex eſt: naturalis, quandò quis obedit Superiori, tanquàm homini, in ordine ad finem naturalem: & ſupernaturalis, quandò quis obedit Superiori, in ordine ad finem ſupernaturalem.

2. Motivum ſpecificans & diſtinguens hanc virtutem ab aliis eſt præceptum Superioris, in quantum præceptum, eſto non obliget, neque ad culpam, neque ad pœnam, ſufficit, quod ſit voluntas & ordinatio ejus, qui poteſt obligare, propter jus mandandi & præcipiendi, quod habet Superior, & propter debitum obediendi, quod eſt in ſubdito: & talis voluntas, juxta S. Thomam *eſt interpretativè ſeu inchoativè præceptum.* Hæc eſt perfectio Obedientiæ, ſecundùm doctrinam Sanctorum, quandò ſubditus obtemperat ſimpliciter Superioris voluntati & nutui, abſque eo, quod expoſtuletur præceptum.

3. Hæc virtus ſuos habet actus proprios, velut aliæ: & ſunt, Judicare, Velle, & Exequi totum id, quod ordinat mandatque Superior. Prætereà ad perfectionem Obedientiæ neceſſarij ſunt alij virtutum
S. Bernard. actus. Etenim, ſecundum S. Bernardum, primò obediendum eſt voluntariè ſine contradictione.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſecundò ſimpliciter, ſine diſcuſſione. Tertiò hilariter, ſine triſtitiâ. Quartò velociter, ſine tarditate. Quintò fortiter, ſine tepiditate. Sextò humiliter, ſine elatione. Septimò perſeveranter, ſine ceſſatione.

S. Ignatius Lojola à Deo mirum in modum illuminatus in hac virtute Obedientiæ, tria aſſignat motiva, quibus quis inducatur ad perfectè obediendum. Primum eſt, ut ſubſidio vivæ Fidei contempletur, & conſideret Chriſtum in Superioribus: ſecundum, ut obediat voci, abſque diſcuſſione illius, quod præcipitur, & cæco quodam impetu, veluti in rebus Fidei, quilibet Chriſtianus ſe habere debet: tertium, ut ſemper adinveniat rationes ad approbandum id, quod præcipit & ordinat Obedientia, & non quærat rationes, quibus illud ipſum reprobet.

Habet inſuper Obedientia effectus ſuos. Principalis eſt perfecta conformitas cum voluntate Dei: & quod facis per Charitatem, *ut amicus*, hoc fac per Obedientiam, *ut ſubditus*. Alios Obedientiæ effectus enumerat S. Antoninus. Primus eſt, quod efficiat hominem amicum Dei: *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis, quæ præcipio vobis.* Secundus eſt, eundem conſtituit fratrem Chriſti: *Qui fecerit voluntatem Patris mei, ipſe meus Frater, & Soror, & Mater eſt.* Tertius eſt, victorem ipſum efficit in tentationibus: *Vir obediens loquetur victoriam.* Quartus eſt, confert ei pacem & quietem: *Utinam attendiſſes mandata mea: facta fuiſſet quaſi flumen pax tua.* Quintus denique eſt, quod eidem a Deo impetret benedictionem: *En propono in conſpectu veſtro hodie benedictionem, ſi obedieritis mandata Domini Dei veſtri.*

2.2 q.104. a.3. Cajet. S. Anton. Tit. 5. c.11. Joan. 15. Matth. 12. Prov. 21. Iſa. 48. Deut. c.11.

4. Virtuti huic Obedientiæ ut ſocia aſſignatur alia virtus, admodùm ei ſimilis, dicta Epicheja, vel Æquitas, inclinans ad nos conformandos Superioris intentioni, quemadmodùm Obedientia inclinat nos, ut conformemur præcepto. Ratio, ſecundùm S. Thomam, eſt, quia Superior ad omnia in particulari, quæ in infinitum variari & mutari poſſunt, deſcendere nequit: & in hiſce dirigit nos

Epicheja, ut, ubi non eſt operandum conformiter verbis
legis, operemur juxta mentem Legiſlatoris: ut patet
in exemplo & caſu reſtituendi depoſitum gladij ipſi
furioſo.

Virtuti Obedientiæ opponitur vitium Inobedien-
tiæ, crimen adeò grave, ut à Propheta Samuele
1. Reg. c. 15. compareretur peccato Idololatriæ. *Quaſi peccatum*
*hariolandi eſt, repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ,*
*nolle acquieſcere.* Quæ Prophetæ comparatio, ſecun-
dùm S. Thomam, *non eſt æqualitatis, ſed ſimilitudinis:*
*quia Inobedientia redundat in contemptum Dei; ſed Ido-*
*lolatria magis.*

5. Pergamus nunc ad modum, quo hæc virtus ad
praxin redigenda eſt. Primò, curandum eſt, ut exer-
ceatur actus Obedientiæ *ex honeſtate Obedientiæ,*
veluti vult Philoſophus: videlicet, propter motivum
formale ejusdem virtutis Obedientiæ, quod eſt,
quando obedimus propter Obedientiam, & propter
finem, ut exequamur voluntatem Superioris. Se-
cundò, motivo Obedientiæ alia aliarum virtutum
motiva adjungenda ſunt: exempli gratiâ, obedien-
dum eſt, ut nos humiliemus coram Deo, & eſt actus
Humilitatis: obediendum, ut nos honoremus
Deum, & eſt actus Religionis: obediendum pro-
pter amorem Dei, & propter Bonitatem Dei, & eſt
actus Charitatis. Præcipuè verò virtus Obedientiæ,
ut ſit perfecta, ſupponere debet tres virtutes Theo-
logicas. Primò, Fidem, contemplando & agnoſ-
cendo Chriſtum in Superioribus. Secundò, Spem,
confidendo in virtute Obedientiæ & Dei, qui præ-
cipit. Tertiò, Charitatem; quia, cùm Obedien-
tia inſeparabilis Charitatis exiſtat filia, ut vult Cajeta-
tanus, ab eâdem virtute dirigi debet ad finem Cha-
ritatis, qui eſt ſumma Bonitas Dei, gaudium, &
complacentia Dei. Unde ultimatè obediendum eſt,
ut placeamus Deo, propter gaudium Dei, & ut ſan-
ctiſſimam ejusdem exequamur voluntatem: ſecus,
ſi Obedientia perſiſteret in homine, & non tranſi-
ret ad Deum, naturalis duntaxat, & politica
eſſet obedientia, non religioſa & ſupernaturalis.

Ubi notandum venit diſcrimen inter has duas Obedientias. In Obedientia politica concurrit Deus, ſolùm ut cauſa efficiens, in quantum præcipit exhiberi Obedientiam Superioribus temporalibus (unde dixit Apoſtolus: *Servi obedite, Dominis carnalibus, ſicut CHRISTO*) In Obedientia verò ſpirituali & religioſa concurrit Deus, non ſolùm ut cauſa efficiens; verùm etiam ut cauſa finalis & motivum ultimata: quia obedimus voluntati hominis, ut ultimatè obediamus voluntati Dei, cujus Vicarium & Miniſtrum agit Superior: Quamobrem dicebat Chriſtus: *Qui vos audit, me audit*, loquens de Obedientia religioſa, non politica. In praxi igitur & exercitio Obedientiæ curemus ſedulò, ut Obedientia noſtra non ſit politica & naturalis; ſed ſupernaturalis, propter motivum Charitatis Dei: juxta doctrinam S. Apoſtoli Petri: *Caſtificantes animas veſtras in Obedientia Charitatis, id eſt, obediendo ex motivo Charitatis.*

Ephes. c. 6. / 1. Pet. c. 1.

# CAP. VII.

## *De Virtute Gratitudinis.*

1. GRatitudo eſt compenſatio beneficij. Eſt virtus inclinans ad reddendum mutuum benefactoribus noſtris. Et eſt pars Juſtitiæ, quia reſpicit debitum, quod à nobis exigunt noſtri benefactores: ſicut Religio reſpicit debitum, quod exigit Deus: Pietas reſpicit debitum, quod a nobis requirunt Parentes noſtri: Obſervantia reſpicit debitum, quod exigunt Superiores noſtri. Verum quoque eſt, quod virtus Religionis eminenter in ſe contineat virtutem Gratitudinis reſpectu Dei, in quantum per eam gratias referimus Deo, tanquam primo, & ſummo benefactori noſtro. q. 106. a. 1.

2. Tres ſunt actus ad hanc virtutem ſpectantes: *Recognitio beneficij, Gratiarum actio, & Retributio.* q. 107. a. 2.

Etenim beneficiorum recordari, benefactorem laudare
eique gratias agere, ac mutuum etiam reddere tenemur
aliquo effectu & ſigno exteriori honoris & reverentiæ,
nec non aliquo dono, prout patiuntur vires noſtræ.
*art. 6.* Adhæc quartum Gratitudinis actum, qui eſt, ut plus
reddamus, quàm recepimus, idque aut effectu, vel
affectu & voluntate, adjungere debemus. Quia, ſi
reddimus *minus, vel æquale*, non agimus juxta naturam
hujus virtutis: quæ, ut ipſummet nomen indicat &
demonſtrat, debet eſſe grata, *& gratis data*, aliquid
ex parte ſuperando beneficium. Quapropter obligatio
Gratitudinis non habet finem, & ut loquitur S. Tho-
mas, *eſt interminabilis*: quia procedit à Charitate,
ratione cujus *quantò plùs ſolvitur, plùs debetur*, ſecun-
*dùm illud ad Rom. 13. Nemini quidquàm debeatis, niſi ut*
*invicem diligatis.*

3. Motiva virtutis hujus ſunt tot tanta, quot &
quanta ſunt beneficia, propter quæ grati eſſe debemus
*S. Antonin.* benefactoribus noſtris. Hæc beneficia comparatione
*Tit. 5. c. 12.* Dei, utpotè, primi & ſummi Benefactoris noſtri ſunt
triplicis generis: Generalia, Specialia, & Singularia.
Generalia ſunt, beneficia Creationis, Redemptionis,
*S. Bernard.* Remunerationis. Unde monet S. Bernardus: *Aga-*
*mus, fratres, gratias Factori noſtro, Redemptori noſtro,*
*& Remuneratori noſtro.* Beneficia ſpecialia ſunt etiam
tria: *Exſpectationis. Iuſtificationis, & Conſervationis.*
*Iſa. c. 3.* Quia nos exſpectat ad pœnitentiam (*Exſpectat vos*
*Dominus, ut miſereatur veſtri*) Juſtificat nos ſua ſancta
*q. 106. a. 3.* Gratia, & in ea nos conſervat. Et, ſecundùm doctrinam
S. Thomæ, majores gratias referre tenemur Deo pro-
pter donum Pœnitentiæ; quàm, ſi ſemper nos conſer-
vaſſet in Innocentia: etenim quamvis Innocentia ſit
*majus bonum, & magis continuatum*, nihilominus majus
*donum & beneficium eſt* Pœnitentia conſiderata condi-
tione perſonæ, quæ Deo inimica, ac promerita ſuit
æternas Inferni pœnas.
*S. Bern.* 4. Effectus virtutis hujus eſt, diſponere animum
*ſerm. 13.* ad nova beneficia. *Origo fontium & fluviorum omnium*
*eſt mare: virtutum & ſcientiarum omnium Dominus*
*Eccleſ. c. 1.* JESUS. Ergò, quemadmodum *omnia flumina intrant*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*amore, ut iterùm fluant* ; ita omnes Gratiæ per virtutem Gratitudinis Deo ter Opt. Max. referantur, neceſſe eſt, ut de novo, & in majori copia & abundantia ad nos influant & refluant. E contrà (ut idem S. Doctor affirmat) Ingratitudo *peremptoria res eſt, hoſtis gratiæ, & inimica ſalutis.* Et alibi: *Gratiarum ceſſat decurſus, ubi recurſus noſter non fuerit.*

5. Vitium Ingratitudinis oppoſitum virtuti Gratitudinis conſiſtit in eo, quod non recognoſcantur beneficia recepta, nec Benefactori agantur gratiæ, neque reddatur mutuum: & propriè *formalis Ingratitudo* (ut docet S. Thomas) *eſt in beneficij contemptu:* quando non compenſatur beneficium ob hanc ſolam cauſam, quia ſpernitur, ac nihili æſtimatur. q. 109. a. 2. Pœna hujus vitij, ſecundùm S. Bernardum, *eſt deſeri à Gratiâ, quia Gratiam per Gratitudinem non veneratur.* S. Bernar. ſerm. de 7. miſericord. Et juxta S. Auguſtinum, *non eſt dignus dandis, qui non eſt gratus in datis.*

6. Quantum ad modum exercendi hanc virtutem, docet eum Apoſtolus: *In omnibus gratias agite, id eſt, tam in proſperis, quàm in adverſis* (ut exponit S. Thomas) Theſſ. c. 5. quia *ipſa etiam flagella, quæ mittuntur à Deo, beneficia ſunt, in ſalutem ordinata.* Juxta S. Bernardum, bonus uſus virtutis hujus duabus conſtare debet conditionibus: *Debet eſſe ſine fraude, & ſine intermiſſione.* Serm. 13. Cant. Primò, debet eſſe ſine fraude, non defraudando & fugando gloriam Deo propriam & debitam. *Sed de omni gloriâ Domini tui, non exeunte ex te, ſed tranſeunte per te, nihil tuis manibus adhærere contingat. Unde audies: Euge, ſerve bone, & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam.* Secundò, debet eſſe continua, & ſine intermiſſione, quemadmodùm continua eſt miſericordia & beneficentia Dei erga nos: ut enim ait S. Auguſtinus: *qualibet creatura eſt quoddam Dei beneficium, homini collatum:* S. Aug. ergò in omnibus creaturis gratias agere, & gloriam Deo dare debemus: gratias agere, in quantum ſunt noſtra beneficia: & dare gloriam, in quantum ſunt effectus Dei. *Quia omnis effectus ad ſuam cauſam convertitur, vel in utilitatem, vel in gloriam.* S. Th. a. 3. Noſtra igitur Gratitudo in Deum debet



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eſſe continua. Primò, in memoriâ: quia, ut optimè *Seneca.* obſervat Seneca: *Sicut beneficiis datis debetur oblivio, ita acceptis memoria.* Secundò, in intellectu, magni æſtimando beneficia. Tertiò, in voluntate; amando infinitam bonitatem & benevolentiam, primum omnium gratiarum fontem. Quartò, in verbis, laudando, & deprædicando Deum per gratiarum actionem. Quintò, in opere, debita & grata eidem exhibendo obſequia, fugiendo omnem ſpeciem ingratitudinis, quæ exſiccat fontem Divinæ Miſericordiæ; nam, ſecundùm S. Auguſtinum ſupra citatum, *Non est dignus dandis, qui non eſt gratus datis.*

Ulteriùs ad ſanctum hoc exercitium nos animare & ſtimulare debemus: quia per hoc ſimiles nos reddi-*Tit. 5. §. 1.* mus Beatis in cœlo. *Opus iſtud (ſcilicet Gratiarum* *Iſa. 51.* *actionis)* inquit S. Antoninus, *exercitium eſt Beatæ Patriæ. Gaudium & lætitia invenietur in eâ: gratiarum actio, & vox laudis.*

Eâdem Gratitudinis virtute gratos etiam nos exhibere debemus ipſis Sanctis, Sanctorumque Reginæ, quâ mediante omnia à Deo beneficia ad nos deſcendunt, & ipſis etiam hominibus noſtris benefactoribus; ſed propter Deum, in quantum ſunt Divinæ Bonitatis ac Miſericordiæ erga nos ſunt inſtrumenta.

## CAP. VIII.

### *De Virtute Iuſtitiæ Vindicativa.*

*2. 2. q. 108.* 1. QUemadmodùm virtus Gratitudinis *eſt redditio* *a. 1. in corp.* *boni pro bono*; ita virtus Juſtitiæ vindicativæ, aut Punitivæ *eſt redditio mali pro malo.* Non jam *propter affectum & deſiderium mali*: nam inferre malum proximo, in quantum eſt malum proximi, & bonum proprium, eſt actus Odij contra Charitatem, *Rom. 13.* & *eſt vinci à malo*, prohibitum ab Apoſtolo: *Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum.* Sed poteſt proximo infer-

ietri malum, quando redundat in bonum ejusdem, ut aliorum, caſtigando peccatum proximi propter ucos fines, puta, propter emendationem, quietem publicam, manifeſtationem Juſtitiæ Dei. Unde ſequitur, ut benè advertit Cajetanus, quod *Reddere malum pro malo ut ſic, nunquàm eſt licitum*: (quia eſt actus contrarius Charitati, ad quam ſpectat cunctis benefacere) ſed *Reddere malum pro malo emendativè*, eſt licitum, *& eſt actus virtutis.*

Altera quædam requiritur conditio, ut actus puniendi & caſtigandi ſit licitus: nimirùm, ut fiat à perſona publica ſuperiori Eccleſiaſtico, vel temporali. Unde, ſi fiat à perſona privata, non erit virtutis actus; ſed vitium prohibitum ab Apoſtolo: *Non voſmetipſos defendite, charissimi, ſed date locum iræ: ſcriptum eſt enim: Mihi vindicta: ego retribuam.* Ratio eſt, quia ad infligendam pœnam requiritur poteſtas coactiva, & coërcitiva, quæ ſolùm reperitur in Superiori. *a.1.ad 1.* *Rom.12.*

2. Actus virtutis hujus duplex eſt: primus, vindicare ſe de illata injuria, Superiorum, ad quos ſpectat, interveniente imperio & ſuffragio: ſecundus, defendere ſe. Quò ad primum actum, habemus conſilium S. Chryſoſtomi: *Diſcamus exemplo Chriſti noſtras injurias magnanimiter ſuſtinere: Dei autem injurias, nec ad auditum ſufferre.* Hic eſt mos & conſuetudo Sanctorum, ut proprias remittant injurias; at offenſas Dei ſuæque Eccleſiæ acriter caſtigent & puniant: veluti fecit S. Sylveſter Papa, qui eos, à quibus in exilium propulſus & relegatus fuerat, punivit & caſtigavit. Immeritò: quia cum quis deſiderat vindictam propter injurias privatas, tametſi ea fiat cum debito modo, nunquam tamen virtutis datur exemplum, magnum amoris proprij adeſt indicium, uti & periculum odij proximi. Verum è contra in remittendo injurias exhibetur actus perfectiſſimæ Charitatis Dei & proximi, elucet Chriſti imitatio, & optimum aliis datur exemplum, à periculo amoris proprij, odiiſque noſtri proximi remotiſſimum. Quò ad ſecundum actum, licitum eſt, defendere ſeipſum, quia non eſt ſe vindicare; ſed impedire & frenare injuriam. *Hom.5.i Matth.*

*Sed*

*S. Antonin. Tit. 5. c. 13. §. 1. S. Tho.* *Sed ſi excederet modum in defendendo, peccaret: unde in* lege Dei, ſicut *injuſta vindicatio prohibetur, ita juſta defenſio permittitur.*

3. Cauſa punitionis ex parte Superioris debet eſſe Charitas & Zelus emendationis Subditi. Cauſa ex parte Subditi ſemper eſt culpa: quia *pœna, ut pœna,*
*a. 2. ad 2.* *non debetur niſi culpæ*; ſed ſi pœna conſideretur, *in quantum eſt medicina, non solùm ſanativa peccati præteriti, ſed etiam præſervativa à peccato futuro, vel etiam promotiva in aliquod bonum, ſecundùm hoc aliquando quandòque punitur ſine culpâ, non tamen ſine cauſa.* Hac ratione ſæpenumerò mittuntur nobis tribulationes à Deo ad humiliationem, vel probationem, non ut nos curet à peccatis præteritis; ſed ut præſervet nos à futuris, nobisque ſuppeditet merendi occaſionem: privando nos aliquo bono temporali, propter majus bonum ſpirituale.

Effectus hujus virtutis, ut ordo conſervetur conveniens, eſt, ut, quantùm peccans propriæ credidit & condeſcendit voluntati, tantùm patiatur contra illam:
*Apoc. 18.* *Quantum in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum.*

*a. 2. ad 2.* 4. Vitia virtuti huic contraria ſunt: *per exceſſum,* Crudelitas: *per defectum,* Remiſſio, aut Negligentia. Verùm reſpectu Dei non datur exceſſus Juſtitiæ, quando
*a. 4. ad 1.* dò unum punit *in temporalibus*, propter peccatum alterius, V. g. filium propter patrem: quia Deus eſt *Dominus omnium*, & filius eſt pars patris: unde pœna filii redundat in pœnam patris, quod intelligendum eſt quantum ad pœnam corporis: ſiquidem, quò ad animam, & bona ſpiritualia, nullus patitur pro alio; cum quilibet, quantum ad animam, ſit liber in ſeipſo, & independens ab aliis. Aliam adhuc ſubjungit rationem D. Thomas, nimirum, quia omnes unum ſunt corpus propter vinculum Charitatis, & unus debet pro alio ſollicitus eſſe, ne peccet, & ne is etiam propter alium puniatur.

5. Modus exercendi hanc virtutem, juxta doctrinam Apoſtoli, conſiſtit in eo, ne quis ſe vindicet de injuriis ad propriam pertinentibus perſonam; ſed totum committat

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ittat Domino Deo: *Non voſmetipſos defendite, chaſſimi, ſed date locum iræ*, aut vindictæ Dei, ipſe enim ſtram ſuſcipiet cauſam eſt defenſionem. Quæ deſio, quam magna & proficua nobis ſit, exponit Terllianus hiſce verbis: *Si injuriam depoſueris apud Deum, ter eſt: ſi damnum, Reſtitutor eſt; ſi dolorem, Medicus eſt; ſi mortem, Reſuſcitator eſt.* *Rom. c.12.* *Tertull. de bono Patientia.*

Non tantùm non debemus nos vindicare de injuriis; ſed reddere laudem pro contumeliâ, benedictionem pro maledictione, beneficium pro malefico. Hæc ſemper fuit Sanctorum profeſſio: *Nolle vinci à malo, ſed vincere in bono malum*: non ſolùm non reddere *malum pro malo*; ſed reddere *bonum pro malo*.

Neque ad perfectionem ſufficit reddere bonum pro malo; ſed oportet ſuperare bono malum, quod *eſt vincere in bono malum*, efficiendo, nimirùm, ut beneficium, quod redditur, longè excedat malum quodcunque receptum: cum hoc agnoſcendo & contemplando malefactorem, tanquàm noſtrum benefactorem, qui capiti noſtro imponit coronam æternæ gloriæ. Enimverò lex palæſtræ Mundi contraria eſt legi palæſtræ Chriſti: in illa, qui vincit coronatur, qui expugnat, occiditque inimicum, victoriam obtinet, & recipit palmam: in hac, qui perdit coronatur, occiſus victor evadit, & recipit palmam, juxta illud, quod dicitur de Chriſto: *Dignus eſt Agnus, qui occiſus eſt, accipere virtutem, Divinitatem, & ſapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.* *Apoc. c.5.*

# CAP. IX.

## *De Virtute Veritatis, ſeu Veracitatis.*

1. VEracitas, ſecundùm S. Thomam, *eſt dictum juxta mentem*, ſeu *vera vocis ſignificatio*, quando quis linguâ loquitur juxta mentis dictamen. *2.2. q.109. 110.111.112. 113.*

Et

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Et eſt virtus Juſtitiæ, non primaria; ſed ſecundaria, & *reductivè* ad eam ſpectat. Quia, tametſi *ſit ad alterum, & cum æqualitate* vocis æternæ ad interiorem, nihilominùs *deficit à ratione debiti*, quia non eſt debitum legale, velut eſt debitum Juſtitiæ, ſed ſolummodo *ex honeſtate virtutis.*

2. Primus ac principalis hujus virtutis actus eſt amor & bonus affectus ad Veritatem: unde hæc virtus nil aliud eſt, quam inclinatio habitualis ad dicendum verum. Secundus actus eſt dicere Veritatem pro loco & tempore: quando poſitis debitis circumſtantiis convenit & decet loqui, & non tacere: & tunc dicendum eſt verum, fugiendus omnis exceſſus & defectus ejus, quod ſentimus in mente, quod eſt fugere omnem jactantiam & ironiam.

110. *art.* 1 *S. Thomas.* 3. Propria cauſa Veritatis conſiſtit in voluntate dicendi verum, tametſi dicatur falſum. Quare, ſi quis *falſum enunciet, credens id eſſe verum; eſt quidem falſum materialiter, non formaliter: quia falſitas eſt præter intentionem dicentis, & quod eſt tale, per accidens eſt, unde non poteſt eſſe ſpecifica differentia.* Etenim actus morales accipiunt naturam ſuam, aut bonam, aut malam à bona vel mala operantis intentione: unde qui credit, exiſtimatque ſe dicere verum, eſto falſum dicat, attamen propriè erit virtuoſus veridicus, licet materialiter dicat falſum. Veluti è contrario, qui dicit verum, credens ſe dicere falſum, erit formaliter mendax, tametſi materialiter verum dicat.

Effectus veracitatis eſt conſervatio pacis, amicitiæ, & mutuæ converſationis in convictu humano.

4. Vitia virtuti huic oppoſita ſunt: Mendacium, Simulatio, Hypocriſis, Jactantia, Ironia.

Mendacium *eſt dictum contra mentem*, eſtque intrinſecè malum, & peccatum. Quia cadit ſupra materiam quandam inordinatam, puta, ſupra verba non ordinata ad ſuum finem proprium, qui eſt repræſentare & ſignificare verum mentis conceptum: unde *non eſt proprius uſus, ſed abuſus verborum.*

Simu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Simulatio eſt mendacium in facto, ſicut mendacium eſt tale in dicto. Et eſt, quandò aliquo facto vel actu exteriori nos differentes ab eo, quod ſumus, demonſtramus. Et hoc intelligendum eſt, quando Simulatio, aut fictio non ſignificat aliquid: quia, ſecundum doctrinam S. Auguſtini, quandò eſt ſimul Figura, ſignificans aliquid aliud, tunc non eſt Simulatio, ſed veritas. Veluti fuit actio Chriſti in Evangelio, quando *finxit ſe longius ire:* id enim fecit, volens ſignificare, quod ob modicam fidem adhuc longè aberat à Diſcipulorum cordibus: unde non fuit Simulatio; ſed *figura veritatis.*

Hypocriſis eſt quædam ſpecies Simulationis, quandò quis *ſimulat perſonam alienam*: quando peccator fingit ſe eſſe juſtum, uti fieri ſolet in comœdiis, ubi unus fingit perſonam alterius.

Jactantia eſt, quando aliquis *verbis ſe extollit, vel ſe ſupra ſe aliquid dicendo*, quia plùs dicit, quàm ſibi ineſſe cognoſcit. Jactantiæ oppoſita eſt Ironia, quando quis minùs affirmat, quàm ſibi ineſſe novit. Utraque eſt peccatum, cùm Veritati ſit contraria. Hujuſmodi humiles, juxta S. Gregorium, *incautè ſunt humiles, qui ſe mentiendo humiliant.* Ultra enumerata vitia datur etiam Æquivocatio, ſeu Amphibologia, quæ non opponitur Veracitati, quia in æquivocatione non dicitur falſum, cùm id, quod ſentitur in mente, pronuncietur; eſto mens loquentis non ſit ſignata ab audiente. q. 112. a. 1. li. 26. Mor.

§. Modus exercendi hanc virtutem conſiſtit primò in eo, quod magnam concipiamus averſionem & odium in quodcunque mendacium, non ſolùm pernicioſum, quod reſpicit malum proximi; ſed etiam officioſum ordinatum ad commodum proximi, & in jocoſum, quod ordinatur ad delectationem, ſatagentes eſſe magni Veritatis amici, dicentes ſemper, quod ſentimus: neque ſub ſpecie Humilitatis, aut modeſtiæ dicentes minùs de nobis, quam agnoſcimus & ſentimus, veluti optimè advertit S. Gregorius loco cit.

Secundò,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Secundò, conſiſtit in eo, quod Veritas noſtra ſit ſimplex, candida, & juramento minimè confirmata, niſi neceſſitas id poſtularet, aut gloria Dei, vel bonum
*Matth.c.5.* proximi: *Sit ſermo veſter; eſt, eſt; non, non:* Salvatoris noſtri conſilium eſt. Cujus etiam reddit rationem, dicens: *Quod his abundantius eſt, à malo eſt.* Malum eſt, & peccatum, inquit, intelligens id de juramento abſque neceſſitate.

Tertiò, conſiſtit in eo, quod magno Veritatis Zelo præditi ſimus, non ſolùm in rebus magni momenti, verùm etiam minimis. Hunc in finem, ut notat S. Cyrillus, Sacri Evangeliſtæ in conſcribendo
*Ioan. c.4.* Hiſtoriam Evangelicam utebantur hac particula
*& cap.19.* (*quaſi*) veluti habetur in S. Joanne: *Erat hora*
*S. Cyrillus.* (*quaſi*) *ſexta. Horam non ſextam, ſed quaſi ſextam fuiſſe, ſcribit Evangeliſta: ut etiam nos diſcamus, vel in minimis non parvam Veritatis curam habere.*

Quartò, variis modis hanc virtutem veracitatis in praxin redigere debemus. Primò, in corde, ſentiendo de nobis ipſis id, quod ſumus, quodque Humilitatis fundamentum eſt. Secundò, ore, ita loquendo, uti fert judicium. Tertiò, opere, concordando actiones cum perfectione vitæ. Quartò, promiſſione, obſervando, & adimplendo id quod promittitur:
*q.113.art.1.* *Quod eſt opus bonum, aliàs non eſſet poſſibile fieri à promittente.* Et quemadmodum proprium eſt Veritati *verum dicere*; ita proprium eſt Fidei, aut Fidelitati, *dictum verificare.*

Denique virtutis hujus exercitio proderit continua communicatio cum Deo, qui *eſt Prima Veritas per eſſentiam.* Etenim ex modo, quo Deus nobiſcum agit, qui eſt veraciſſimus, ſimpliciſſimus & remotiſſimus ab omni ſimulatione & duplicitate, accipimus exemplum modi, quo cum proximis noſtris agere & converſari debeamus.

CAP.

# CAP. X.

## De Virtute Affabilitatis.

*Affabilitas eſt delectabilis converſatio*, ad quam obligati ſumus *ex debito ſocialis vitæ*, *quia homo* [a]nimal *ſociale*. Unuſquiſque igitur ita ſe gerere de[bet] in converſatione humana; ut proximo ſe reddat [gra]tum, amabilem & delectabilem: quia, ſecundùm [Phi]loſophum: *Nemo poteſt per diem morari cum triſti, [ne]que non delectabili.* Ergò obligati ſumus *ex debito [honeſt]atis*; *aliis delectabiliter convivere*: *niſi propter [ali]quam cauſam neceſſe ſit aliquando alios utiliter con[triſt]are.* Hæc virtus Affabilitatis ſecernitur à virtute [am]icitiæ: quia hæc *delectabiliter convivit ex debito [am]icitiæ*; Affabilitas *ex debito ſocialis vitæ*, eſto non [ad]ſit amicitia. 2.2.q.114. Eth. c.1. art.2.

Diſtinguitur etiam hæc virtus Affabilitatis ab Eu[tra]pelia: quia Affabilitas *eſt converſatio proximo [gr]ata in rebus ſeriis*; ſed Eutrapelia *in jocis & in rebus [lu]dicris*, & honeſtæ recreationis, *ſecundùm rectam [ra]tionem*

2. Neque deſunt huic virtuti actus, qui exerceri [de]bent. Primus & principalis eſt, non afficere tri[ſti]tiâ proximum, oppugnando, & contradicendo [dict]is ejus. Secundus eſt, placere eidem, & conſentire [in] quæ ipſe ſentit *in bono*: *in malo* namque eſſet [ad]ulatio. Tertius delectare & recreare proximum, [la]udando eum: primò, ut ipſum conſoletur, *ne in [tri]bulationibus deficiat*: ſecundò, *ut in bono proficiat*. q.115.a.1. [Hi] actus debentur proximo *ex debito virtutis*, *& ideò* Cajet. q.155 [no]n *propter lucrum principaliter*. Quemadmodùm, ut a.1. [ali]quis dicat verum, & ſit verax, obſervandum eſt *ex de[bito] honeſtatis*.

3. Effectus hujus virtutis, ſecundùm Ariſtotelem, [eſ]t conſervatio convictus humani & politicæ converſa[ti]onis: etenim ſine mutuâ Affabilitate & Beneplacentiâ [ſoci]a longo tempore durare non poſſet.

q. 116. 4. Vitia contraria huic Virtuti ſunt *Litigium per*
*defectum* , *& Adulatio per exceſſum.* Utrumque eſt
vitium contrarium Aff.bilitati: at minus eſt ſecundum
juxta Cajetanum , quàm primum : *Minus malum*
*excedere in placendo* ( veluti facit Adulator ) quam
*excedere in contriſtando* ( uti facit litigioſus ) juxta re-
Ethic. 2. *gulam Philoſophi* : *quia declinandum eſt in vitium ſi-*
*milius virtuti.* Et Adulatio virtuti Affabilitatis ſimi-
lior eſt Litigio. Verùm advertendum eſt, quod, ut
litigare & contradicere formaliter opponatur virtuti
Affabilitatis , neceſſe eſt , ut fiat *ex intentione contri-*
*ſtandi proximum* : quia ſi fiat *ex complexione, malitia*,
*vel ex paſſione* , non cenſebitur propterea quiſpiam li-
tigioſus formaliter ; ſed ſolum materialiter. Quemad-
Cajet. q. modùm detrahere non *ex intentione detrahendi, ſed ex*
116. a. 1. *quâdam loquacitate* , non conſtituit maledicentem for-
maliter Detractorem ; ſed ſolùm materialiter.

5. Ratione boni modi exercendi hanc virtutem,
primò valde nobis advertendum eſt , ne proximum
noſtrum ullâ afficiamus triſtitiâ , ſive verbis , ſive
factis : quia hoc ipſo , quo contriſtatur proximus,
contriſtatur etiam Deus , juxta illud dictum Apoſtoli:
Epheſ. 5. *Nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei.* Ut enim ex-
Cat. D. Th. ponit S. Thomas : *Spiritus ſanctus dicitur contriſtari,*
*quando contriſtatur ille , in quo eſt Spiritus ſanctus.* Se-
cundò cor noſtrum charitate & benevolentia erga pro-
ximum inſtructum conſervare debemus , amando eum
ut proximum noſtrum , & filium Dei ( nam ex ſuavi-
tate & benignitate cordis dependet etiam ſuavitas,
dulcedo & benignitas ſermonis ) placidè & affabiliter
agendo & converſando cum proximo , ſecundum con-
Ecleſ. 4. ſilium Spiritus ſancti : *Congregationi pauperum affa-*
*bilem te facito* : vel ut alij legunt , *amabilem, aut ama-*
*bilem te facito.*

Tertiò fugiendus eſt ſpiritus contradictionis , qui
nos exſtimulat ad contradicendum in omnibus rebus
quibuſvis dictis noſtri proximi : etenim contradictio eſt
mater triſtitiæ & diſcordiæ : ſed ſemper in bono cum illo
conſentire & concordare debemus.

Ulti-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ultimò procurandum eſt, ne Affabilitas ſolùm fiat propter motivum naturale; ſed elevet ſe ad finem ſupernaturalem: delectando & recreando proximum cum gaudio & delectatione ſpirituali in Deo, & propter Deum.

# CAP. XI.

## *De Virtute Liberalitatis.*

PRoprium hujus virtutis officium eſt, moderari æſtimationi, & affectui, ac proinde uſui pecu- 2.2. q.117.
niarum, rerumque omnium pecuniâ æſtimabilium: art.1.2.3.
ita ut non ſit ſuperfluus, nec deficiens uſus; ſed quantum conveniens eſt rectæ rationi. Quia, ut docet
D. Thomas, *Bona exteriora habent rationem utilium* q.118.a.1.
*ad finem.* Ergò æſtimatio, affectus, uſusque pecuniarum regulandus ac menſurandus eſt à neceſſitate, juxta conditionem proprij ſtatus; & proprium hujus virtutis objectum erit æſtimatio, affectus, uſusque moderatus pecuniæ, diſtribuendo & exponendo eam liberaliter & promptè, quandocunque recta ratio id poſtulaverit, idque non propter paupertatem, amicitiã, neque ratione beneficiorum præſtitorum (hæc namque motiva ad alias pertinent virtutes, nempe ad Miſericordiam, Amicitiam, & Gratitudinem) ſed propter motivũ convenientiæ convictus humani.

2. Principalis actus Liberalitatis eſt amor moderatus divitiarum: ſicut è contrario principalis actus Avaritiæ eſt inordinatus earum amor. Quapropter à D. Thomâ Avaritia appellatur vitium non carnale, ſed ſpirituale: quia conſiſtit in ſuperfluo affectu ad q.118.a.6.
pecunias: *Et circa objectum corporale, quod eſt pecunia, non quærit delectationem corporalem, ſed ſolùm animalem: prout ſcilicet homo in hoc delectatur, quod divitias poſſideat.*

3. Liberalitati duo opponuntur vitia: *Avaritia per exceſſum*, quia eſt *immoderatus amor habendi plus*, quàm requirit, & poſtulat proprius ſtatus.

Prodigalitas *per defectum* : quia eſt *defectivus in*
minùs amando vitæ neceſſaria, quàm convenienter.
Verùm ſi conſiderentur hæc duo vitia in ordine ad
ſum ; ex parte Prodigalitatis deprehendetur exceſ
quia *excedit in dando* ; & ex parte Avaritiæ deprehen
detur defectus, quia *deficit in dando* : Prodigus
*excedit in dando*, quia *dat quibus non oportet* (ſcurr
rionibus, nugigerulis, & ſannionibus) & plus
*oportet*, in rebus frivolis magnas faciendo expen
Præterea ſi conſiderentur hæc duo vitia in ordine ad
culpam, minus peccatum eſt Prodigalitas, quàm Ava
q.119.a.3. ritia, teſte & duce D. Thoma, qui hujus aſſertionis
tres adducit rationes. Prima eſt; *Quia Avaritia magis*
*differt à virtute oppoſitâ : magis enim ad liberalem per-*
*tinet dare, in quo ſuperabundat Prodigus, quàm accipere*
*vel retinere, in quo ſuperabundat Avarus.* Secunda:
*Quia Prodigus eſt multis utilis, quibus dat; Avarus*
*autem nulli, ſed nec ſibiipſi, ut dicitur.* Tertia: *Quia*
*Prodigalitas eſt facilè ſanabilis, accedente ſenectute &*
*egeſtate* : non ita Avaritia, quæ potiùs iisdem cauſis
accedentibus accreſcit.

4. Quantum ad bonum uſum & praxin virtutis
hujus, magnus illi deferendus eſt affectus. Primò,
S. Antonin. quia ſimiles nos efficit Deo, *Qui eſt maximè liberalis,*
cap 17.§.3. *cum det omnibus affluenter.* Quamvis ea, quæ eſt in
Deo, Liberalitas, non ſit in eo moderandæ & guber-
nandæ paſſionis ergò, veluti in nobis eſt; ſed perfectè ſim-
plicem quendam affectum dandi promptè, copioſè
gratioſèque, abſque retributionis reſpectu: ita namque
convenit naturæ ſuæ beneficæ, & infinitè communica-
tivæ ſuiipſius.

S. Anton. Secundò. Hæc virtus *non attenditur in quantitate*
c.17.q.116. *dati, ſed in affectu dantis* : non conſiſtit in dono; ſed in
a.1. ad 3. modo donandi magno cum amore, promptitudine &
hilaritate. Qua de cauſa pauperes etiam poſſunt eſſe
In 1. de offic. liberales. Unde S. Ambroſius: *Affectus divitem colla-*
*torem, aut pauperem facit, & pretium rebus imponit.*
Et hæc doctrina ita obſervanda eſt in praxi, ut, quando
donatur aliquid alteri, & donum eſt exigui ponderis & va-
loris, affectus, quo illud datur, ſit magnus: præſertim
reſpectu

...tio Dei, quemadmodum fecit Vidua illa Evangelica ...ros duo minuta.

Tertiò. In exercendis Liberalitatis actibus, ut ſint ...ujus virtutis actus, motivum non debet eſſe amor ...mi duntaxat, qui eſt actus Charitatis; ſed etiam ...moderatus pecuniæ, ut, videlicet eam ames *ad ra-...abilem uſum*, ſicut conditioni propriæ perſonæ hu-...næ & beneficæ convenit.

Quartò. Ad virtutem Liberalitatis magis ſpectat da- *q.117 a.4.* ...quam ſibiipſi. Quia conſiſtit in rationabili uſu *S. Anton.* ...iæ, *& uſus pecuniæ eſt in emiſſione: emiſſio autem* *c.17. §.1.* ...*ueri, quantò ſit ad aliquid diſtantius; tantò* ...*ore virtute procedit: ut patet in iis, quæ proii-...iur.*

Denique. Debemus eſſe ſemoti ab omni affectu Ava-...æ. Primò, quia deſiderium habendi ſine menſurâ, ...infinitum non eximitur à peccato: ſiquidem, ...divitiæ ſint media, menſurandæ ſunt à fine neceſſi-...propriæ & proximi: quapropter, ut docet Phi-...phus: *Liberalis non eſt recipere ad ſeipſum, ſcilicet* Ethic. c. 4. ...*nitè, & ſine fine.* Secundò, non tantum inordi-...m affectum divitiarum, ſed etiam cujuſvis alterius ...terrenæ & creatæ abhorrere debemus. Quia *nomen* *q.118.a.2.* ...*ritiæ ampliatur ad omnem immoderatum appetitum* *in corp.* ...*endi quamcunque rem*: juxta ea, quæ docet S. Gre *S. Greg.* ...us, dicens: *Avaritia eſt non ſolùm pecuniæ; ſed* *Hom. 6. in* ...*ſcientiæ & altitudinis, cùm ſupra debitum modum* Evang. ...*mitas ambitur.*

Tertiò. In locum Avaritiæ temporalis & malæ ſuc-...ere debet Avaritia ſpiritualis & bona, à Deo valdè ...mmendata: quæ eſt deſiderium bonorum ſpiritua-...um, Gratiæ & Gloriæ: *Facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt, theſaurum non deficientem in cœlis.*

# CAP. XII.

## *De Virtute Fortitudinis.*

2.2.q.123. 1. HÆc eſt virtus moderativa quarundam paſſionum animæ, ut ſunt Timor, Audacia, & Triſtitia. Duæ primæ paſſiones regulantur, quando malum, quod timetur, abſens eſt: ultima regulatur, quando malum eſt præſens. Et tametſi omni virtuti competat *fortiter operari, id eſt, firmiter, & immobiliter*; diſtinguitur nihilominùs hæc virtus ab aliis in hoc: quod id, quod cæteris virtutibus eſt circumſtantia, huic virtuti eſt objectum: cùm Fortitudo inclinet ad operandum *fortiter, ex affectu & amore ipſius Fortitudinis.* Quod ſi enim aliud interveniret motivum, exempli gratiâ, ſi quiſpiam fortis eſſet, fortiterque ageret in periculis mortis propter amorem Patriæ: eſſet actus Juſtitiæ legalis: ſi propter veritatem Fidei, aut propter gloriam Dei; eſſet actus pariter Fidei & Charitatis. Ratio hujus veritatis eſt, quia juxta rectam rationem competit ſtatui & conditioni cujuſvis hominis fortis, ut non ſit, neque nimis timidus, neque nimis audax, neque in occaſionibus patiendi eidem occurrentibus nimiùm contriſtetur; ſed quantùm ſecundùm rectam rationem judicatur eſſe conveniens: & hoc eſt objectum materiale hujus virtutis. Formale verò inde eſt *ex affectu & motivo Fortitudinis*: etenim, ſi quis operetur fortiter *ex affectu vanæ gloriæ vel audaciæ*; non eſt virtus Fortitudinis; ſed vitium Temeritatis, ut conſtat in provocantibus ſe ad duellum.

art.6. 2. Tres ſunt actus principales virtutis hujus. Primus eſt, *Firmare voluntatem in bono rationis, contra omnia mala imminentia. Et ſi contra maximum malum*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*... eſt mors ; dicitur fortis ſimpliciter : ſi firma- ... contra minora mala ; dicitur fortis ſecundum* ... Secundus actus eſt , *Suſtinere mala immi- ...* Tertius eſt, *Aggredi.* Secundùm S. Tho- ... , ſuſtinere & tolerare malum eſt principalior ... Fortitudinis ; quam illud prævenire & impe- ... quia eſt actus difficilior , in quantum perſona ... patitur & mala præſentia , & diuturniori tem- ...

Verùm inter omnes actus enumeratos Fortitudinis, ... principaliſſimus eſt actus Martyrij : *& eſt Fortitu- ... ut elicientis : Charitatis , ut imperantis.* Ubi ... notandum eſt, quod , quamvis Martyrium , quò ad ... mortis paſſionem , & quò ad moderatio- ... affectuum internorum , Timoris , & Triſtitiæ, ... procederet *ex affectu Fortitudinis* ; ſed *ex affectu ... virtutum* , v. g. Fidei , ut atteſtaretur , ... aliquam veritatem revelatam , quod ſit ... propter Fidem , vel propter aliam quan- ... virtutem a Fide nobis traditam : aut procederet ... affectu Charitatis, v. g. ſi quis moreretur, ut pla- ... Deo , & propter Amorem Dei : vel procederet ... affectu Obedientiæ, v. g. ſi moreretur, ut adim- ... præceptum Dei : tametſi , inquàm , deeſſet ... virtutis Fortitudinis , nihilominùs hi actus ... appellarentur actus Fortitudinis : quia eſſent in ma- ... Fortitudinis , quæ conſiſtit in tolerantiâ & paſ- ... Mortis. q. 114. a. 2.

3. Cauſa hujus virtutis eſt conſideratio. Etenim hac ... mediante appetitus ſuperior regulat inferiorem , conſiderando , quanta bona in ſe comprehendat pati ... mori propter gloriam Dei , & ad quinque redu- ... cuntur capita : primò , ut perficiat voluntatem Dei ; ſecundò, propter exemplum Chriſti : tertiò , propter præmium : quartò, propter amorem virtutis : quin- ... , ut fugiat periculum offenſæ Divinæ , aliarum- que miſeriarum hujus vitæ. Ultra conſiderationem intellectus , debemus etenim divertere , quantùm ... poteſt , imaginationem ab apprehenſione mali ... imminentis. 1. 2. q. 17. a. 7.

4. Ut bonus virtutis hujus habeatur uſus, Fortitudo acquiratur in periculis, & ne plùs, quàm par eſt, timeatur mors, regulandus & rectificandus eſt Amor, à quo Timor dependet. Quia ut docet D. Angelicus: *Timor inordinatus ex Amore inordinato: & nihil timetur, niſi ſit contrarium ei, quod amatur.* (S. Thom.) Timetur malum corporis, quia amatur corpus, & plus timetur damnum corporis, quàm damnum animæ, quia amore inordinato plùs amatur corpus, quàm anima. Igitur, ſi deſideres Timorem tuum eſſe regulatum; regula & rectifica quoque Amorem tuum, non amando teipſum, niſi iſto cum ordine, quem recta ratio, & ſancta Fides docet, nempè, in Deo, & propter Deum. Ulteriùs, quia malum per ſe non eſt appetibile, niſi in quantum eſt cauſa alicujus boni; ut eximiâ cum Fortitudine mala, quæ nos affligunt, ſuſtineamus, attentè conſideremus bonum, & præmium æternæ Gloriæ, ex hujuſmodi paſſionibus proveniens. Hoc modo faciebant Sancti Martyres, qui, ut notat Angelicus, *Suſtinebant perſonales perſecutiones propter ſummum bonum*; (q. 123. a. 5.) juxta doctrinam Ariſtotelis: *Fortitudo eſt virtus tolerativa, gratia boni.* Quam ob cauſam conſideratio præmij, & exempli Paſſionis CHRISTI optimi medium eſt, ut diximus, ad bonum uſum virtutis Fortitudinis. Hoc idem medium conſulit Oraculum Divinum in Iſaia: *In ſilentio & ſpe erit Fortitudo veſtra.* (Iſa. c. 30.) Fortes patientesque eritis in ſuſtinendis doloribus & tormentis, abſque ulla querela; quotieſcunque æternæ retributionis ſpem habueritis.

Denique, propter hanc virtutem magis, quàm propter reliquas, continuo orationis exercitio nobis incumbendum eſt, ac petenda Fortitudo in paſſionibus, ſi non cum gaudio & lætitiâ, ad minus cum patientia: ac dicendum Deo: *Auge dolorem, auge & patientiam.* (S. Aug.)

CAP.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

# CAP. XIII.

## *De Virtute Magnanimitatis.*

MAgnanimitas eſt virtus inclinans ad magna in omni genere virtutum. Idcò, ſecundùm 2.2.q.129.
[Ari]ſtotelem, *Magnanimitas eſt omnium virtutum* Ethic. c.4
[or]*namentum, quia earum actiones illuſtriores facit.* [Un]de idem Ariſtoteles Magnanimum definit, di[cens]: *Magnanimus eſt magnitudine extenſus, quia* [tend]*it ad magna, quærit excellentiam in omnibus.* [In] omnibus rebus aſpirat ad ſummum, juxta rectam [rat]ionem.

1. Objectum hujus virtutis eſt *opus, ut magnum:* [opus], nempè, virtuoſa, in quantum eſt magna & [eg]regia. Humilitas reſpicit actionem, in quantum [est] humilis: ſed Magnanimitas reſpicit eandem, in [qu]antum eſt magna & egregia in genere Humilitatis. [It]aque hoc idem, quod reſpectu Humilitatis alia[ru]mque virtutum eſt modus vel conditio operis & [act]ionis, in ordine ad Magnanimitatem eſt objectum. [Ex] hoc etiam quorundam ſolvitur dubium aſſerentium, [qu]od Magnanimitas non videatur eſſe virtus ab aliis [di]ſtincta; ſed ſit *qualibet virtus in gradu maximo &* [he]*roico:* etenim hæc virtus proprio gaudet objecto, [ab] objectis cæterarum virtutum diſtincto, uti jam [dic]tum eſt.

2. Actus Magnanimitatis hi ſunt: primò, Magna[ni]mus reſpicit rerum veritatem, & non apparentiam: [un]de Ariſtoteles: *Magnanimus magis curat veritatem,* 4. Ethic
[qu]*am opiniones.* Propterea flocci facit honorem mun[da]num; è contra verò magni pendit honorem virtutis: [qu]ærit bona cœleſtia, & ſpernit terrena.

Secundò. Non timet contemptus & deſpectus huma[nos], eò quod non æſtimet illos.

 Tertiò,

Tertiò. Non demiratur pompam & gloriam humanam, quia non magni facit eandem.

Quarto. Injurias tradit oblivioni, & beneficia recepta majoribus compenſat beneficiis.

Quintò. Pluris æſtimat bonum rationis, quàm quodcunque aliud bonum corporale: quia *Nullum bonum corporale æquivalet bono Rationis.* Quapropter, propter nullum malum corporale, tametſi mortale, recedit à recta regula Rationis; ſed *firmat voluntatem in bono Rationis contra omnia mala, etiam maxima, corporalia.*

*q.123. a. 4.*

Denique. Magnanimus aggreditur magna, quæ proprias excedunt vires naturales; at non vires Gratiæ à Deo ipſi communicatas.

Præterea, ad Magnanimum ſpectat: *Non fugere commonentem: non facere injuſta: non eſſe placentem.* Non in quantum hi ſunt actus Prudentiæ, Juſtitiæ, Patientiæ: ſed in quantum ſunt actus proprij virtutis Magnanimitatis: eos namque reſpicit *ſecundùm ſpecialem rationem, in quantum ſunt contrarij Excellentiæ, vel Magnitudini.*

*Ariſt. Eth. c.4. q.129. a.4.*

4. Cauſa hujus virtutis eſt conſideratio propriæ excellentiæ & donorum ſibi conceſſorum à Deo, propter quæ Magnanimus honore dignum ſe æſtimat. Quemadmodùm cauſa Humilitatis eſt conſideratio proprij nihili & defectuum, propter quos perſona dignam ſe exiſtimat contemptu & deſpectu.

Effectus Magnanimitatis eſt elevare hominem ad ſtatum quendam ſui comparatione ſuperiorem: dum propria egreditur modicitate, & ſubintrat Dei Majeſtatem & Magnificentiam.

5. Pro notitia recti uſus, bonique modi exercendi hanc virtutem, advertendum eſt, nullum poſſe eſſe verè Magnanimum, niſi ſimul cum virtute Magnanimitatis conjungat vitæ ſanctitatem: quia cum non poſſit eſſe Magnanimus in ſeipſo, debet eſſe Magnanimus in Deo: & dùm confidit in viribus & potentia Dei, aggreditur magna. Hic igitur ſit principalis modus benè exercendi hanc virtutem, ut nimirum quæ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…ctum fieri poteſt, quis procuret continuam præ-…tiam & unionem cum Deo. Hanc veritatem ipſe …m agnovit Ariſtoteles, qui docet, quod homo …n debeat operari tanquàm homo, & tanquàm mor-…lis; ſed ut immortalis, & Divinus, propter conti-…am, quàm habere debet, rerum Divinarum con-…mplationem. Neque ſublimitas hujus virtutis con-…rariest ſubmiſſioni ſeu abjectioni Humilitatis: enim-…rò Magnanimus oculos ſemper apertos habeat, …eſſe eſt: oculo dextro Magnanimitatis contem-…ans dona Dei, in iisque confidens: & ſiniſtro Hu-…militatis oculo proprios contemplans defectus, diffi-…dens de ſeipſo. *Ethic. l. 1. c. 7.*

Cum virtute Magnanimitatis ſimul exercere debe-…mus virtutem Æquanimitatis: quia, dum virtute Magnanimitatis vera appetimus bona, nempè, …cœleſtia & æterna, interveniente concurſu æquani-…mitatis non turbamur in quocunque caſu, ſive pro-…ſpero, ſive adverſo, qui in hac vita occurrere poſſit. …Ergò per concurſum hujus virtutis ſemper operari …debemus, non ſolùm *magna*, *ſed etiam magnaliter.* …Primò, *ex fine*, operando *ex ſumma gloria* DEI. …Secundò, *ex objecto*, intensè operando *ſecundum re-…ctam rationem.*

# CAP. XIV.

## *De Virtute Magnificentiæ.*

INclinat hæc virtus ad conficienda & fabricanda, *q. 134.* quò ad externum, magna & magnifica, & in quan-…titate, & in valore, juxta finem & conditionem per-…ſonæ: veluti magna ædificia, ſumptuoſa templa …propter cultum & gloriam Dei Unde differt hæc …virtus à Magnanimitate: hæc enim *reſpicit ma-…gnum in omni genere virtutis*: Magnificentia *re-…ſpicit magnum in genere factibilis ſecundùm artem.*

Et

Et differt quoque à Liberalitate : quia hæc eſt circa
*uſum pecuniæ , ut convenientem* : Magnificentia circa
*a.* 3. & 4. *uſum pecuniæ , ut habet rationem magni & ardui* , in
facienda magna & magnifica. Quare virtus Magnifi-
centiæ reducitur ad virtutem Fortitudinis : utraque
enim reſpicit , *quod eſt arduum* ; ſed Fortitudo reſpicit
*arduum circa ſumptus*

*art* 2. *ad* 3. Præterea , ſicut Magnificentia *intendit magnum*
*Eth.* 4. *opus facere* ; ita *ob magnum finem* , qui eſt honor &
gloria Dei. Unde , ſecundùm Philoſophum : *Hono-
rabiles ſumptus ſunt maximè , qui pertinent ad Di-
vina ſacrificia.* Proptereà hæc virtus ſubordinatur
virtuti Religionis , quia eundem reſpicit finem glo-
*Exod.* 25. riæ Dei , & ſpectat ad Sanctitatem. *Magnificus in*
*Pſal.* 95. *Sanctitate. Sanctitas & Magnificentia in Sanctifica-
tione ejus.*

2. Actus hujus virtutis ſunt. Primò , Amor in-
ternus perficiendi opera magnifica & heroica , tametſi
in externo deſit materia. Unde pauper poteſt quo-
que eſſe Magnificus in interno : Quia *Virtutes ſibi*
*Ex Seneca.* *ſufficiunt , nec ex neceſſitate indigent exteriori fortunâ.*
Secundò , facere opera externa magna & magnifica.
Tertiò , facere quoque magnos ſumptus, multaſque di-
ſtribuere & exponere pecunias , tali operi neceſſarias.
Quartò , moderari amori pecuniæ , ne impediat
executionem operum magnificorum magnis expenſis
& ſumptibus erigendorum. Quintò , diſtribuere
*Ibid. ad* 2. dona magni penſi & pretij : *non ſub ratione doni ; ſed*
*a.* 4. *ad* 3. *ſub ratione ſumptus ordinati ad aliquid faciendum.*
Sextò , *ordinare uſum artis ad aliquod magnum* : ut
ars proportionetur habitui virtutis , & Magnificentiæ.
Septimò , *Uti ratione in attendendo proportionem ſumptus
ad opus* , ne magni ſumptus & expenſæ fiant propter
res frivolas.

3. Quantùm attinet ad modum , quo hæc virtus
reducenda eſt ad praxin , ſciendum hanc virtutem
Magnificentiæ exercendam eſſe in ordine ad finem
virtutis Religionis , videlicet , in rebus ad cultum
Dei ſpectantibus. Quod ipſe etiam agnovit Ariſto-
teles in ſuis Ethicis hoc poſteritati relinquens ſcriptum:
*Magni-*

*Magnificus libenter expendit in his, quæ ſunt ad Deum.* Eth 4.
Ratio ſupra allegata eſt : quia Magnificus reſpicit magnum & ſummum, tàm in expenſis & ſumptibus, quam in rebus, pro quibus fiunt expenſæ : nec quidquam reperitur majus eo; quod pertinet ad obſequium & reverentiam Deo debitam. Magnificentiâ igitur ultimatè debes reſpicere Deum, & eſſe promptus paratusque occurrentibus occaſionibus ad magnos perficiendos ſumptus & expenſas : non propter jactantiam, vel vanam gloriam, aut proprium commodum; ſed propter gloriam Dei, & ad noſtram excitandam devotionem ad obſequium & cultum Deo debitum, in quantum cultus exterior eſt medium ad excitandum interiorem ad eundem finem gloriæ Dei.

4. Alia inſuper ſpecies quædam Magnificentiæ à nobis exercenda eſt, à Cajetano nominata *Eminentialis*, quâ mediante, non pretio pecuniarum; ſed q.134.a.1.
valore noſtrorum bonorum operum in Divinâ Gratiâ fundatorum ædificamus Templum Gloriæ. Et hæc Magnificentia fuit in Chriſto, juxta eundem Doctorem, *Quando pretio ſui Sanguinis & pœnarum* ædificavit & conſtruxit Templum Eccleſiæ, Militantis ſimul & Triumphantis.

# CAP. XV.

## *De Virtute Patientiæ.*

1. PAtientia eſt *æquanimis tolerantia malorum, ſine perturbatione Triſtitiæ.* Diſtinguitur à virtute Fortitudinis : hæc enim eſt *circa maximum malum, quod eſt malum mortis* : Patientia eſt *circa minora mala* : quamvis *ex imperio Fortitudinis* poſſit etiam ſe extendere *ad maximum malum mortis.* Et licet ſit virtus moralis, attamen ſupernaturalis eſt, veluti ſunt q.136. a. & 4.

aliæ

aliæ virtutes *ex imperio Charitatis* , juxta Apoſtoli dictum : *Charitas patiens eſt.* Charitas namque imperat Patientiam ad ſufferenda mala temporalia, propter bonum æternum , & præterea propter vitandum malum culpæ , & malum pœnæ æternum. Ratio ſecundùm S. Thomam , eſt , quia *malum non eſt per ſe appetibile, niſi propter bonum , quod ſequitur ex malo.* Unde Auguſtinus : *Non patimur contriſtabile, ſed propter delectabile : unde non propter ſe , ſed propter finem.*

Cor. 4.

2. Materia proxima hujus virtutis eſt paſſio Triſtitiæ : quia *eſt virtus moderativa Triſtitiæ* : materia remota eſt actio externa , & moderata corporis compoſitio.

Motivum & finis *eſt honeſtas virtutis , vel bonitas actus Patientiæ* ( in quantum conformis eſt ſuo habitui ) *& Beatitudo æterna.* Unde , quando nonnulli ſuſtinent malum , *ut malè faciant ; non eſt miranda in illis Patientia , quæ nulla eſt ; ſed miranda duritia.* Siquidem illi propriè patientes ſunt & dicuntur , ſecundùm S. Auguſtinum , *qui malunt mala ferre , quàm committere.*

S. Aug.

3. Hæc virtus cum actibus ſuis , primò moderatur Triſtitiæ. Secundò, hominem facit æquanimem. Tertiò , inclinat ad bonum. Quartò , confirmat in bono. Actus Patientiæ triplex eſſe poteſt. Primò, ſine murmuratione. Secundò, ſine lamentis & querelis. Tertiò , cum lætitiâ & gaudio. Et hic ultimus eſt perfectiſſimus , ſecundùm S. Apoſtolum Jacobum : *Omne gaudium exiſtimate, fratres , cùm in varias tentationes incideritis.*

2. 2. Cajet.

Iacob. 1.

4. Vitia contraria huic virtuti ſunt : *per exceſſum* Impatientia ; *per defectum* Inſenſibilitas, quæ non pertinet ad virtutem ; ſed potiùs ad ſtoliditatem æternam. Signum & argumentum Impatientiæ , ſecundùm Albertum, eſt , quando propter moleſtiam exteriorem amittitur, interior animæ concentus, & oper. bona, quæ ſecundùm debitum legis , aut virtutis poſſunt ac debent fieri, relinquuntur.

Parad. animæ c. 4.

5. Pro intelligentia boni uſus & praxis hujus virtutis adeò neceſſariæ advertendum, quâ ratione Triſtitiâ, quæ ex paſſione alicujus rei adverſæ, generatur, ſit paſſio quædam ſpiritui valdè nociva: etenim ſolet eſſe cauſa & origo plurium defectuum & peccatorum, veluti deſperationis, blaſphemiarum, vindictarum, querelarum, lamentorum, murmurationum: unde magni æſtimanda eſt Patientia, cujus officium eſt regere & refrenare hanc paſſionem, ne militet adverſus rationem, & non ſit cauſa, ut, quod eſt irrationabile, & inconveniens, faciamus. Quapropter, ſecundùm S. Antoninum, officium hujus virtutis eſt, armare patientem, *inexpugnabiliter*, contra omnes & quoſcunque inimicos: ſuffragante namque Patientiâ *cor manſueſcit ſub Deo* (ne moveatur ad iracundiam & vindictam) *lingua retrahitur à contumeliâ & murmuratione: manus à percuſſione: oculus à torvis aſpectibus: pedes à greſſibus iniquis.* Tit. 3. c. 1.

Verùm, ut hæc virtus præfatos ſortiatur effectus, adjuvari debet, juxta S. Thomam, à quatuor conſiderationibus principalis. Prima eſt conſideratio exempli Patientiæ CHRISTI. *Per Patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen: aſpicientes in auctorem Fidei, & conſummatorem IESUM, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit Crucem, confuſione contemptâ. Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit adverſus ſemetipſum contradictionem: ut ne fatigemini, animis veſtris deficientes.* Et: *CHRISTO paſſo in carne, & vos eâdem cogitatione armamini.* Hæc conſideratio, ut notant & advertunt Doctores ſacri, efficax eſt, non ad tollendam duntaxat animæ Triſtitiam; verùm etiam ad inſtillandam cordi lætitiam & gaudium ſpirituale. De Regi. Princ. li. 7. c. 2. Hebr. 12. S. Pet. 1. 4. S. Ant. S. Bona.

Secunda conſideratio ſit, tribulationem eſſe ſignum prædeſtinatorum, & verorum amicorum filiorumque Dei. *Cum ipſo ſum in tribulatione. Si extra diſciplinam eſtis, non filij eſtis.* Pſal 90. Hebr. 12.

Tertia

Tertia eſt conſideratio bonorum Gratiæ, quæ aſſequimur mediis tribulationibus & Patientiam. Quam ob cauſam Patientia vocatur *Radix, & Cuſtos omnium virtutum*: licet non *directè*; *ſed indir[illegible] removendo prohibens.*

Quarta eſt conſideratio æterni præmij, quod per Patientiam acquiritur. Quia, ut notat optimè S. Gre-
S. Greg. gorius: *Conſideratio præmij minuit vim flagelli.*
S. Anton. Et *Stephanus* (ut advertit S. Antoninus) [illegible] *inter ictus lapidum vidit cœlos apertos.* Ideoque docet S. Thomas, quomodò Patientia, in quantum eſt ſpecialis virtus, ſit virtus gratuita ac ſupernaturalis, non politica: quia finis & motivum ſuum eſt Vita æterna: *Eſt tolerantia mali temporalis propter bonum æternum.* Unde propter imperium Charitatis finis ejus eſt ſupernaturalis, nimirum ſummum bonum: & propterea dicitur de Charitate:
1. Cor. 4. *Charitas patiens eſt*; non cauſando; ſed ordinando & imperando actum.

Quatuor hiſce conſiderationibus ſubjungi poteſt quinta, memoria, videlicet, æternarum pœnarum Inferni Audi S. Auguſtinum: *Quis non bibet*
S. Aug. *tribulationis poculum, metuens ignem gehennalem?* Sicuti, *Quis non contemnet dulcedinem ſeculi, inhians bonis vitæ æternæ?*

Ad fugiendum inſuper vitium Patientiæ oppoſitum, multum confert conſideratio, quanta, nempe, ſint mala & damna Impatientiæ. Hæc tollit mentem, auget dolorem, incitat ac pellicit hominem ad omnia peccatorum genera, ad odium, maledicentiam, murmurationem, &c. Unde egregiè
Tertull. dixit Tertullianus: *Ut compendio dictum ſit: Omne peccatum Impatientiæ adſcribendum. Malum impatientia eſt boni.*

Aliam quandam hujus virtutis praxin docuit Apoſtolus ſcribens Corinthiis: *In omnibus exhibeamus*
2. Cor. c. 6. *noſmetipſos, ſicut Dei miniſtros in multa Patientia.* Unde, ſecundùm S. Antoninum, dicitur primò,
Tit. 3. c. 7. *In omnibus*, quia Patientia debet eſſe univerſalis reſpectu

uſcunque tribulationis & paſſionis : in famâ : in perſonâ : in ſubſtantiâ ſeu divitiis ; in amicis : in parentibus, & *univerſaliter, in omnibus adverſis*, non particularis, reſtringendo ſe ad tolerandam unicam tantùm paſſionis ſpeciem, v. g. in divitiis vel pœnis ; at non in honore & ſimilibus. Secundò, *nosmetipſos*, quia debet eſſe realis & non verbalis : ut nosmetipſi lubenter patiamur, & non tantùm alios ad patientiam & tolerantiam paſſionum & exhortemur. Tertiò, *ut Dei miniſtros*, etenim debet eſſe ſpiritualis, non temporalis : ut patiamur propter Deum, non propter Mundum. Quartò, *in multâ Patientiâ*, quia debet eſſe Patientia finalis, non unius aut alterum annorum ; ſed per totam vitam ad mortem uſque durare & perſeverare debet : *Qui ſuſtinuerit uſque in finem* (*ſcilicet patienter ferendo adverſa*) *hic ſalvus erit*. Matt. c. 10.

Denique, optimus eſt modus hanc exercendi virtutem, qui eruitur ex figurâ aut hieroglyphico Patientiæ. Depingitur quædam Mulier, manu ſiniſtra tenens facem ardentem, cujus liquefactæ ceræ guttas in brachium dextrum defluere curat. Veſte alba candida induta eſt : agnum gerens in brachio, in ore ſtatulam, facie decora : prætereà crucem pectori, & humeris alas habet appoſitas. Hæ ſunt conditiones veræ Patientiæ. Debet eſſe inſtructa innocentia vitæ, mansuetudine, ſilentio & lætitia : ſemper ſpectans & contemplans exemplum Crucifixi, & vitæ futuræ præmium.

# CAP. XVI.

## *De Virtute Perſeverantiæ.*

PErſeveantia *eſt perſiſtentia in operibus virtuoſis uſque ad finem*. Eſt virtus quædam particularis, inclinans ad ſupportandam difficultatem, quæ in quolibet opere bono ex temporis diuturnitate generatur. q. 137. a. 1o.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Unde, quemadmodùm proprium officium Temperantiæ eſt moderari appetitui delectabilis: & proprium officium Fortitudinis eſt moderari Timori in periculis mortis; ita proprium hujus virtutis munus eſt moderari & ſupportare tædium & faſtidium, quod in actione virtuoſâ ex longitudine & diuturnitate temporis provenit. Quapropter, tanquam virtus ſecundaria, reducitur ad Fortitudinem: nam, ſicut hæc eſt & ſuſtinet difficultatem in periculis mortis; ita Perſeverantia ſuſtinet difficultatem, quæ ex duratione operis ſuboritur.

2. Materia & objectum proprium hujus virtutis *eſt opus ut diuturnum, in quolibet opere virtuoſo.* Velut *opus, ut vile*, eſt objectum Humilitatis: *opus, ut præceptum*, objectum Obedientiæ: *ut magnum*, Magnanimitatis: *ut forte*, Fortitudinis.

3. Actus principales hujus virtutis ſunt duo. Primus eſt, perſeverare in eodem virtutis actu ad finem uſque, conformiter convenit rectæ rationi, ſine mutatione & variatione. Secundus eſt, ſuperare faſtidium & tædium ex diuturnitate temporis in tali actu proveniens.

4. Cauſa Perſeverantiæ in operibus eſt animi Conſtantia, perſiſtendo in eâdem opinione, ſecundùm rectam rationem. Unde à S. Bernardo appellatur Filia Conſtantiæ, Soror Patientiæ: *Conſtantiæ Filia, & Soror Patientiæ.*

Epiſt.129. Effectus, juxta eundem S. Doctorem, ſunt, coronare & dare ultimam perfectionem operi, & eſſe cauſam meriti, & præmij. *Eſt virtutum coronatio, conſummatio, nutrix ad meritum, mediatrix ad præmium.*

5. Perſeverantia, ut ſuprà dictum eſt, duplex eſt: *uſque ad finem operis, & uſque ad finem vitæ.* Utraque omni diligentiâ & curâ exercenda eſt, & una eſt cauſa alterius; quia ex vita virtuosè, aut cum perſeverantia peracta ſequitur etiam, ut quis benè, & in gratia Dei moriatur.

1.Cor.9. Modum perſeverandi docet nos Apoſtolus: *Sic currite, ut comprehendatis.* Particula illa (*ſic*) ſignificat

... Perſeverantiam : *Sic currite , id eſt , perſeve-* ... *currite.* Nam , ut optimè ait D. Bernardus : *Epiſt. 159.*
... *prodeſt Chriſtum ſequi , ſi non contingat con-* ... ? *Et currite* ( ſubjungit Anſelmus ) *credendo ,* ... , *Amando , corpus affligendo , & benè ope-* ...

Conſidera , quandò perficis opus aliquod virtuo- ... qua ratione in fine manu recipies palmam , ... æterna cingetur corona in fine , in fine obti- ... virtutis meritum , aſſequeris præmium & gau- ...

Neque contentus ſis Perſeverantia , virtute natu- ... exerce quoque infuſam , virtutem ſupernatu- ... : perſeverando ad finem operis uſque , non ... *ex honeſtate virtutis* ; verum etiam propter ... Dei, propter voluntatem Dei , propter exem- ... Chriſti.

# CAP. XVII.

## *De Virtute Temperantiæ.*

HÆc virtus *eſt moderatrix concupiſcibilis circa* *q. 141.*
*delectabilia guſtus & tactus.* Refrenat & com- ... affectum & appetitum interiorem delectatio- ... objecta ſenſibilia ad tactum & guſtum per- ... : ne in horum uſu homo transgrediatur rectæ ... regulam , ſecundùm debitas circumſtantias. ... ctatio namque ſenſibilis , ut docet S. Thomas , ſe- ... naturam ſuam non eſt contraria Rationi , imò ... quam inſtrumentum ei ancillatur ad conſequendum ... finem ; ſed eſt ei contraria ſecundum ex- ... , & *ſecundùm immoderantiam* : qui exceſſus, ... contrarius , temperatur & refrenatur a Tem- ...

Et quemadmodùm virtus Fortitudinis principa- *loc. cit.*
... *firmat animum contra maxima terribilia ; ſe-* ... , *contra minora* ; ita virtus Temperantiæ

principaliter refrenat appetitum *à maximis delectationibus ſenſibilibus* ( veluti ſunt illæ, quæ ſequuntur operationes naturales , ſpectantes ad conſervationem naturæ, aut in individuo, quæ fit per cibum & potum, aut in ſpecie, quæ fit per generationem) & ſecundariò refrenat quoque cæteras delectationes ſenſibiles non adeò vehementes.

2. Materia, circa quam occupatur hæc virtus, duplex eſt: proxima & remota. Proxima eſt affectus internus amoris delectationis ſenſibilis. Remota eſt actio externa.

Finis, veluti in cæteris virtutibus, *eſt honeſtas virtutis* Regula Temperantiæ, ſecundum S. Thomam, eſt neceſſitas & congruentia: videlicet, ut bonis ſenſibilibus vitæ hujus utamur, quantum neceſſarium eſt, & convenit proprio cujuslibet ſtatui.

S. *Aug. lib. de morib. Eccl. c.* 21. Hoc idem confirmat S. Auguſtinus, dicens: *Regula Temperantiæ eſt neceſſitas vitæ & officiorum*: quantum ſufficit ad vitam & operationes animæ & corporis, juxta cujuslibet ſtatum.

3. Duo ſunt virtutis hujus principales actus. Primus eſt, temperare appetitum interiorem delectabilis ſenſibilis. Secundus eſt, temperare & gubernare etiam actus exteriores, ut omnes debitâ cum convenientia & circumſtantia fiant, juxta regulam Rationis & legis Dei.

4. Vitia contraria huic virtuti ſunt: *Intemperantia, per exceſſum*: & *Inſenſibilitas*, *ſive Stupor per defectum*; quandò ad declinandam fugiendamque cujuslibet generis delectationem, ſubtrahitur corpori id, quod eidem, ſecundùm rectam rationem, & neceſſarium.

5. Quantùm ad moderatum hujus virtutis uſum & praxin, advertendum eſt, ſecundùm S. Auguſtinum, Temperantiam in cibo non eſſe exercendam cum motu paſſionis; ſed cum dominio Rationis: *Non turpi cupiditate, ſed altitudine mentis ſumendus eſt cibus*: *non in quantitate & qualitate cibi; ſed in cupiditate vitium eſt.* Hoc fit, quandò animæ ſubminiſtratur ſ[illegible]

*loc. cit.*

cibo

tia ſpiritualis, ſancta quadam mediante conſideratione: etenim anima ſapore ſpiritus pellecta nihil curat carnis oblectationem.

Et finis Temperantiæ non debet eſſe ſolùm finis naturalis ſalutis corporis; ſed altior finis, nimirùm honeſtas virtutis, & gloria Dei.

Præter Temperantiam exercenda quoque eſt virtus Abſtinentiæ, ſubtrahendo ſæpenumerò nobis partem non neceſſarij, propter majus bonum ſpirituale animæ, ut ipſa aptior magisque diſpoſita fiat ad contemplationem rerum cœleſtium.

Denique, optima regula eſt, quam & ſummopere commendat S. Bonaventura, nimirùm, ſi, in regimine & gubernatione proprij corporis, modum, quo Deus ter Opt. Max. totum hoc Univerſum regit & gubernat, imitemur. S. D. M. *nec deficit in neceſſariis, nec abundat in ſuperfluis*, inquit S. Bonaventura; ita nos habere debemus in gubernatione noſtri corporis, ut ſolùm ei ſubminiſtremus, quod eſt neceſſarium ad vitæ ſuſtentationem, laboresque ſubeundos: quia *corpus eſt propter animam, & anima propter DEUM.* Eidem verò negemus & ſubtrahamus totum id, quod eſt ſuperfluum, quodque potiùs ſpectat ad ſenſualitatem, quam ad neceſſitatem. *De proc. Reli. c.2.*

# CAP. XVIII.

## *De Virtute Continentiæ.*

Continentia eſt moderatio quædam, licet imperfecta, paſſionum ad tactum pertinentium. *2. 2. q. 155. a. 1.* Unde, ſecundùm S. Thomam, ille eſt, & dicitur Continens, *qui perſiſtit in ratione rectâ, abſtinens à concupiſcentiis.* Quapropter Continentia diſtinguitur à Temperantiâ, & Caſtitate, *ut imperfectum à perfecto,*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

q. 4. *fecto, ut diſpoſitio ab habitu.* Quia Temperantia edomitas ſub ſe continet paſſiones, & nonniſi valdè leviter patitur reſiſtentiam; at Continentia eas nondum habet edomitas, tametſi illas edormare ſatagat, vehementesque patiatur aſſultus & contradictiones. Qua de cauſa Continentia abſolutè dici nequit Temperantia; ſed *Temperantia* ſolùm *in fieri*, *vel ſecundum inchoationem*, nimirùm, Temperantia imperfecta quæ nondùm ad ſuam perfectionem redacta eſt. Sic etiam Continentia, eſto non ita propriè, alias virtutes, quæ adhuc ſunt in ſuo principio, denominare poteſt. Unde Continentia Iræ eſt Manſuetudo inchoata, ſeu principiata: Continentia Timoris eſt Fortitudo inchoata: Continentia Amoris pecuniæ eſt Liberalitas inchoata; & idem dicendum eſt de aliis virtutibus in ordine ad ſuas paſſiones.

2. Materia propria hujus virtutis eſt paſſio ſenſibilis delectationis oppugnata, non expugnata: moderata *cum pugna*, *non cum victoria.* Propterea,
Eth. 1.7. ſecundum Ariſtotelem, *Continentia non eſt propriè virtus, licet habeat aliquid virtutis, in quantum eſt principium laudabilium operum: quia ſequitur dictamen rationis, & pugnat contra paſſiones; ſed*
S. Tho. a. 1. *non attingit perfectam rationem virtutis moralis, in quantum ſubjicit appetitum ſenſitivum Rationi.* Verùm dicet aliquis, Continentia eſt cauſa majoris meriti, quia eſt cum majori pugna & repugnantia; ergò non ſolùm eſt virtus, ſed major virtus, quàm ſit Temperantia. Reſpondet S.
art. 4. ad 2. Thomas: majus meritum non provenire ex majoribus paſſionibus; ſed *ex vehementia Charitatis, & ex fortitudine Rationis*, qua illæ evincuntur & ſuperantur.
Cajet. a. 3. 3. Actus hujus virtutis ſunt. Primò, cuſtodire bonum Rationis. Secundò, pugnare contra impetum paſſionum: quia Continens *eſt in ſtatu pugnæ, non in ſtatu victoriæ; in ſtatu perturbationis, non in ſtatu quietis.* Tres ſunt propriè virtutis legalis actus: Sequi dictamen Rationis, & ſecundùm

ad regularè paſſiones, ac denique eas perfectè domare & ſubiicere Rationi. Hic ultimus deeſt Continentiæ, & ideò etiam ei deeſt perfectio virtutis moralis.

4. Modi fructuosè exercendi hanc virtutem ſunt. Primò, ut eam continuò, omnique cum inſtantia à Deo poſtulemus *Nemo* enim *eſt Continens, niſi Deus det*: nullus ſe continere & refrenare poteſt à delectationibus & oblectamentis ſenſibilibus abſque ope & auxilio Divino. Sap. 8.

Secundò, ut ſeriò diligenterque invigilemus objecto ſenſibili, à paſſione propoſito: potiùs in eo conſiderantes rationem mali culpæ & pœnæ, quod in ſe complectitur, quàm rationem pauxilli boni apparentis, quo allicit ſenſum.

Tertiò, ut guſtemus Deum: quia anima Divino ſatiata gaudio *calcabit favum* conſulationum ſenſualium.

Quartò, conſiderandum eſt, quod, ut docet S. Bernardus, ſuffragante & mediante Continentia, *non perdimus* conſolationes carnis; *ſed commutamus in meliores*, quales ſunt, conſolationes ſpirituales.

Quintò, ponderandum cum Sancto Antonino, qua ratione Vanitas, Brevitas, Impuritas oblectamentorum ſenſus planè ſimiles ſint cuidam dulcedinis guttæ integro amaritudinis mari infuſæ: è contra verò, conſolationes ſpirituales ſint puræ, & ſine ulla triſtitiæ admixtione. S. Anton. Tit. 4. c 3.

Sextò, ut intelligamus, locum exilij, in quo conſtituti ſumus, non eſſe locum voluptatis & oblectamentorum, memores illius dicti D. Auguſtini: *Non ejecit Deus hominem de Paradiſo, ut hic faceret alium Paradiſum.*

Denique, optimum medium ad obtinendam Continentiæ perfectionem eſt exemplum Chriſti, qui non elegit conſolationem ſed mortificationem carnis. Hic igitur utilior ac melior modus & medium eſt: etenim Chriſtus non decipit, non decipere poteſt.

*S. Tho. 2.2. S. Dionyſ. de Divin. nom.*

Quamobrem omni ſollicitudine ac fortitudine ani[illegible] fugienda eſt quæcunque ſenſualis Incontinentia, & ut loquitur S. Dionyſius, intimo amplexu ſuſcipien-da Incontinentia ſpiritualis, conſiſtens in vehementi Divini Amoris. Unde loquens de S. Paulo ait: *Per In-continentiam Divini Amoris dixit: Vivo ego, jam non ego, vivit verò in me Chriſtus.*

# CAP. XIX.

## *De Virtute Manſuetudinis & Clementiæ.*

*2.2. q. 157. Gloſ. in Matth. c. 5. apud Suar.*

1. HÆc eſt virtus refrenativa paſſionis Iræ & Vin-dictæ, eam ſubiiciens rationis regulæ. Vel dicamus cum Gloſſâ ſuper Matthæum: *Manſuetudo eſt dulcedo animi, quam non vincit amaritudo, & quæ* ab amaritudine Iræ libera eſt. Poteſt etiam cum aliis definiri hoc modo: *Manſuetudo & animi tranquillitas, quæ nullâ incurrentium rerum tribulatione agitatur:* eſt pax quædam & tranquillitas animæ in omni eventu imperturbabilis.

*q. 159. a. 1.*

2. Materia hujus virtutis eſt paſſio Iræ regulata & moderata ſecundùm dictamen Rationis, ne eidem ſit contraria; ſed, *ut inſtrumentum virtutis*, ſerviat & juvet Rationem. Hac de cauſa Ira appellatur *Satellitium Rationis*, à naturâ datum, ut cuſtodiat, defendatque Rationem. Et quemadmodum damus paſſio Amoris, ut proſequamur bonum; ita habe-mus paſſionem Iræ, ut fugiamus, & à nobis re[illegible]-ciamus malum. Unde Ira (veluti aliæ quoque paſ-ſiones) non eſt per ſe mala; ſed indifferens: & po[illegible] eſſe mala, *ſi dominatur ut Domina, antecedenter ad Rationem*: & eſſe bona, *ſi ſerviat ut Ancilla, conſequenter ad Rationem.*

3. Im[illegible]

3. Inter actus hujus virtutis primus eſt, regere &
refrenare motum internum Iræ, ut per amaritudi-
nem hujus paſſionis *non amittatur dulcedo affectus*, *loco cit.*
ut ibi loquitur S. Thomas. Secundus eſt, mode-
rari etiam externis motibus corporis: ne ſint immo-
derati & incompoſiti. Tertius eſt, regulare etiam,
ſecundùm rectam rationem opus externum vindictæ
(quandò ab iis, ad quos ſpectat, exequendum eſt)
ut correſpondeat, ſitque proportionatum culpæ.
Quartus eſt, conſultare, judicare, eligere abſque
ulla ſpecie Iræ. Unde Judices & Conſultores de-
bent eſſe, *ut lex mortua*, ab omni paſſionis turbatione *q.158. a.1.*
liberi. *& 8. Cajet.*

4. Virtus Manſuetudinis ſimilis eſt virtuti Cle-
mentiæ: utraque enim importat quandam benigni-
tatem & ſuavitatem animi, & utraque conſiſtit in
quadam refrenatione. Aſt diſtinguuntur inter ſe,
quod Manſuetudo ſit moderativa Iræ: Clementia ſit
moderativa pœnæ, quantum Juſtitia permittit: &
non *ex affectu moderationis Iræ* (ſic enim convenit
Manſuetudini) ſed *ex affectu benignitatis in*
*proximum, & ex affectu regulatæ poteſtatis*: nam
poteſtati Superioris competit punire ſemper *citra*
*condignum*. Quapropter à Senecâ definitur Cle-
mentia: *Temperantia animi in poteſtate ulciſ-* *lib.2. de*
*cendi.* *Clem.*

5. Huic virtuti Clementiæ duo opponuntur vitia: *q.159.*
Per exceſſum Crudelitas, quæ ex certâ quadam animi
ferocitate & atrocitate animi *punit ſupra juſtum, &*
*ſupra condignum.* *Per defectum nimia levitas*, quæ non
ſolùm remittit; ſed tollit omnem pœnam, contra illud,
quod exigit Juſtitia, bonum delinquentis, & aliorum
quoque exemplum.

6. Perfectus modus exercendi hanc virtutem eſt, *1.2.q.69.*
attendere ad perfectum uſum & exercitium Manſue- *a.3.*
tudinis, non tantùm in quantum eſt virtus; verùm
etiam in quantum eſt donum Spiritus ſancti, omni-
gnam fugiendo iram, non in ſua exorbitantia dun-
taxat; ſed etiam in ſua moderatione: quotieſcunque,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ratione officij corrigendi alios, actualis pœnæ exactio aliud non poſtulaverit.

Conſervandum igitur eſt cor noſtrum ſerenum & tranquillum, veluti cœlum, ab omni terreſtri exitiosæ turbationis vapore liberum. Et quando exigente neceſſitate, & Regula rationis ita dictante, paſſio iræ tanquàm proprium inſtrumentum, adhibenda eſt, ea non habeat locum intra conclave cordis, nec ſubintret ſecreta voluntatis ſuperioris penetralia; ſed foris maneat, & perſiſtat in appetitu ſenſitivo, & inde cooperetur voluntati juxta ordinationem & imperium Rationis. Inſuper cum virtute Manſuetudinis connectere etiam, & conjungere debemus Bonitatem & Benignitatem: ſuffragantibus enim hiſce tribus virtutibus unitis, enumeratis ab Apoſtolo inter fructus
1.2.q.76. Spiritus ſancti, conformiter docet S. Thomas, homo
a.3. perfectè ordinatur verſus proximum. Primò enim Bonitate debemus ei velle bonum: ſecundò, Benignitate eidem præſtare bonum, quotieſcunque occurrerit occaſio: tertiò, Æquanimitate abſque turbatione tolerare omnia mala, quæ ab eo nobis inferuntur: *Æquanimiter tolerare mala à proximo illata: & ad hoc pertinet Manſuetudo, quæ cohibet iras.*

Denique, harum virtutum exercitio apprimè inſeruit conſideratio, quantæ ſint utilitatis & emolumenti, quod ab iisdem derivatur. Tria verò ſunt principalia commoda & emolumenta. Primum, quod Manſuetudo veros nos efficiat filios Dei, cujusvis offenſæ & injuriæ, ob excellentiam ſuam, incapacis. Quod idem
*Ariſtot.* ipſi etiam agnovere Gentiles. Unde Ariſtoteles con-
*Alexand.* ſulebat Alexandro Magno, ut, *quia omnibus ſe ſupe-*
*Magna.* *riorem cognoſcebat, maledicta contemneret.* Hoc idem dici poteſt juſto, quod, quia ratione unionis cum Deo omnibus creaturis ſuperiorem ſe cognoſcit, flocci pendat earum opprobria & contemptus. Et idem con-
*Seneca.* firmat Seneca, probans, *quod in ſapientiam non cadit injuria*: quia injuria eſt teſtimonium vitij, à quo Sapiens liber exiſtit: quemadmodùm honor teſtimonium virtutis.

Secun

Secundum emolumentum & utilitas eſt, quod Manſuetudo veros nos efficiat Chriſti Diſcipulos: & ipſiſſimus Incarnationis exitit finis, ut, nimirùm, Chriſtus D. N. prædicatione & exemplo ſuo hanc nos edoceret virtutem: *Diſcite à me, quia mitis ſum.* Matth. 11. Unde S. Auguſtinus exclamat: *O Doctrinam ſalutarem! O Magiſtrum Dominumque mortalium! Itane magnum eſt, eſſe parvum; ut niſi à te, qui tàm magnus eſt, fieret, quomodò non poſſet?*

Tertia utilitas eſt conſecutio æternæ Gloriæ: *Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt Terram*, ſcilicet, Terram viventium, quæ eſt cœleſtis Gloria.

Et hæc ſufficiant de Manſuetudine, omnibus & ſingulis, præſertim Superioribus, neceſſariâ, ut cum pace & æquanimitate regiminis ſuporent onera: & hanc ob cauſam ſacri Doctores aſſerunt, Moyſen electum fuiſſe à Deo in Superiorem & Ducem populi ſui, quia a perſona valdè manſueta.

# CAP. XX.

## *De Virtute Modeſtiæ.*

MOdeſtia eſt virtus quædam, cujus officium & munus eſt moderari & componere, ſecundùm rectam Rationem, & juxta proprij ſtatus convenientiam, externos corporis actus, exterioremque apparatum ad victum, veſtitum, habitationem, &c. ſpectantem. Hæc virtus eſt pars Temperantiæ, eique non abſimilis: quemadmodùm enim illa eſt moderativa rerum valdè difficilium, quales ſunt delectationes tactus; ita Modeſtia moderatur aliis minori conſiſtantibus difficultate. *Temperantia eſt moderativa eorum, quæ difficilium eſt refrenare; Modeſtia verò moderativa eorum, quæ in hoc mediocriter ſe habent.* q. 160. S. Tho. a. 1.

2. Ob-

2. Objectum hujus virtutis eſt moderatio actuum corporis, rerumque externarum ad uſum ejuſdem corporis pertinentium.

3. Quantùm ad actus, proprius hujus virtutis actus eſt ordinare & regulare motus externos corporis, ut omnes ſint convenientes & honeſti, juxta
q.168.a.1. rectam Rationem regulati. Et ſicut *ad imperium Rationis exteriora membra moventur; ita circa eorum ordinationem virtus moralis* Modeſtia conſiſtit. Et verò conveniens ordo membrorum deſumendus eſt ex debitis circumſtantiis perſonæ, negotiorum, loci & temporis. Etenim, ut notat S. Antoninus:
Tit.4.c.10. *Attendenda eſt primò qualitas perſonæ, aliud enim congruit uni perſonæ, quod non congruit alteri* (Job indulgebat filiis ſuis, ut ſe invicem invitarent ad convivia; at hujuſmodi conviviis ille non intererat) *& quod licet extra Eccleſiam, ut negotium facere, non licet intra: & licet in uno tempore venari, quod tamen non licet in alio, ſcilicet in Quadrageſimâ.*

Hic idem operationis ordo à S. Antonino appellatur: *Decor & decentia operationis*: & eſt, quando actio conformatur rectæ Rationi, & prout congruit Naturæ rationali. Hoc idem adverterunt Philoſophi gentiles: unde, quemadmodùm monet Seneca, obſervanda eſt Modeſtia in verbis, riſu, voce, geſtu
Apud S. Antoninũ l. cit. & inceſſu: *Sermones utiles potiùs, quàm facetos & affabiles: rectos potiùs, quàm obſecundantes, amet. Riſum ſine cachinno; vocem ſine clamore: inceſſum ſine tumultu: & cavenda nimia tarditas, & nimia*
lib 1.de offi. c.22. *velocitas.* Quibus adjungit S. Ambroſius: *Diſceptatio ſit ſine ira, monitio ſine aſperitate.* Eadem Modeſtia ordinat convenienter veſtitum, ut ſit ad utilitatem, *& non ad jactantiam, & vanam gloriam.*
q.159. Ordinat quoque convenienter relaxationem ſeu recreationem corporis, nimirùm, ad reparandas recuperandaſque animi vires, vel ad recreandos auditores,
Tull. de Inventio. *ſi tamen rei dignitas non adimit jocandi facultatem.* Quapropter, ſecundùm S. Thomam & Cajetanum, pecca-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

deceat Concionator, *ſi recreationis gratiâ aliquid ridiculum dicat prædicandum.*

4. Cauſa Modeſtiæ exterioris corporis eſt interior animæ compoſitio, ſicuti diſpoſitio externa eſt ſignum diſpoſitionis internæ: *Amictus corporis, & riſus dentium, & greſſus hominis enunciant de illo.* Eccleſ. 29.
Quod confirmat S. Ambroſius dicens: *Habitus mentis in corporis ſtatu cernitur, eò quòd vox quædam animi eſt corporis motus.* q.168.a.1. li.1.de offic.
Effectus hujus virtutis eſt componere totum hominem exteriorem, ut in omni actione nihil aliud ſpiret, quàm honeſtatem & ſanctitatem. *Ut in omnibus motibus nihil fiat, quod cujusquàm offendat aſpectum; ſed quod propriam deceat ſanctitatem.* S. Auguſt. in Regul.

5. Pro praxi & exercitio virtutis hujus conſiderandum eſt, quod, cùm externa Modeſtia dependeat ab interna, veluti ſuprà dictum fuit, ad bonum uſum Modeſtiæ externæ neceſſarium eſt exercitium Humilitatis hominem interiorem componentis & regulantis; ut homo in actibus interioribus regulatus, reguletur quoque in exterioribus. Hæc itaque ſit prima praxis hujus virtutis, nimirùm, Modeſtiæ ſectator conſervet ſe in Pace & Humilitate interna, ſic quoque conſervabit ſe in Modeſtiâ corporis externa.

Optimum ad perfectionem hujus virtutis aſſequendam medium eſt Præſentia Dei. Enimverò, ſi præſente Principe ſeu Magnate quilibet ita externos componit corporis motus, ne illius offendat oculos, quantò magis Chriſtianus contemplans Majeſtatem magni Dei ubique præſentis, compoſitus & moderatus erit in cunctis actibus ſuis, ne S. D. Majeſtatis ubique præſentis, omniaque perſpicientis oculos offendat?

Studendum eſt acquiſitioni Modeſtiæ & compoſitionis totius hominis exterioris ab interiori derivantis: præſertim verò quinque ſenſuum, mortificando & ſubjiciendo eos ordini Rationis. Et, quemadmodùm legitur de Joſue, qui *Affixit quinque Reges cruci*; *ſic quinque ſenſus cruci mortificationis ſunt ſubmittendi*: ut Ioſuè 10.
oculi, lingua, cæterique ſenſus in cunctis ſuis motibus S. Anton. tit.4.c..8.

ſint

ſint ordinati & regulati, nullumque diſſolutionis, [illegible] modeſtiæque præbeant ſignum.

Quod ſi interrogaveris, quanta qualiſvè eſſe debeat hæc compoſitio & Modeſtia exterior? Reſpondebit tibi Hugo de S. Victore: Chriſtianè modeſtus moribusque compoſitus eâ ratione compareat, oportet, *ut erat Chriſtus in Terrâ, & Angelus in corpore aſſumpto*: Modeſtia hominis ſide Chriſtianâ inſigniti ſimilis eſſe debet Modeſtiæ, quam Chriſtus D. N. exhibuit hic in terris, quamque præ ſe ferunt ſancti Angeli, quandò comparent in formâ humanâ.

# CAP. XXI.

## *De Virtute Humilitatis.*

*2.2. q.161.* 1. HUmilitas eſt virtus inclinans ad ſubmittendum ſubiiciendumq; ſe aliis: primò Deo, deinde pro-
*S. Thomas.* ximo propter Deum. *Et in hac voluntariâ ſubjectione*
*Cajet. a.1.* (opinione D. Thomæ, & D. Bernardi) propriè
*ad 5.* conſiſtit Humilitatis eſſentia. *Eſt ſubjectio ſui ad id, quod eſt DEI.* Ratio hujus ſubjectionis eſt, ut cognoſcat ſe humilem, ac minorem inferioremque aliis ſe æſtimet, non ſimulatè & fictè; ſed verè, propriè, ac realiter: non enim id, quod amplius, aut æquale habet cum proximo; ſed quod minus, aut nulla ratione poſſidet, conſiderat. Unde, ut benè notat Cajetanus; ratio conſtituens Humilitatem, *eſt minoritas à parte rei cognita & volita*, quod, ni mirum, quiſpiam verè ſit inferior proximo, cognoſcat ſe eſſe talem, talemque ſe æſtimari appetat. Unde dici poteſt, in tribus principiis propriè hanc fundari
*art. 3.* virtutem. Primum eſt cognitio noſtri ipſius, Dei & proximi veluti alicujus rei ipſius Dei. Secundum eſt comparatio inter nos & proximum, quæ debet eſſe *diverſi generis, non ejusdem generis*: etenim comparare debemus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bemus malum noſtrum , quod habèmus à nobis, bono proximi, quod habet à Deo ; & non bonum ſtrum cum bono proximi : neque malum noſtrum malo proximi comparandum eſt : ſiquidem in comparationibus poſſumus in rei veritate eſſe periores, aut æquales cum proximo , non inferio- . Tertium principium eſt ſubjectio : quia , ſe- **D.Th. a.3.** cundùm D. Angelicum , *Quilibet homo , ſecundùm id, ſuum eſt , debet ſe cuilibet proximo ſubjicere , quan- ad id , quod eſt Dei in ipſo.* Obſervando in hoc ſilium Apoſtoli : *In Humilitate ſuperiores ſibi in- arbitrantes.* **Philip. 2.** Gerſon altiori mentis indagine tiam hujus virtutis inquirens definit eandem hoc do : *Humilitas eſt egreſſus , ſive exitus à Deo in* **Gerſon.To.** ipſum. q. d. Humilitas eſt virtus docens modum, **1. ſerm. de** quis egrediatur à Deo , & ingrediatur ſeipſum. **Humil.** Quod non eſt intelligendum *de exitu ſecundùm lo- diſtantiam* ( quia , cùm Deus ſit immenſus, nulli detur Divinæ Immenſitatis limites & ter- nullus à Deo exire, ipſumque ſubterfugere poteſt) telligitur ergò *ſecundùm mentalem reputationem* , æſtimationem. Neque tamen intelligitur *de exitu*, ipſi Superbiæ proprio , qui *eſt exire à Deo ſupra* ; ſed de exitu bono , qui *eſt exire à Deo ad Deum, ſub Deo.*

Humilis ergò coram Divinâ conſtitutus Majeſta- , dum immenſam Divinarum perfectionum abyſ- conſiderat , contemplaturque infinitam diſtan- inter ſe & Deum , ſanctum quendam concipit orem & tremorem : *Horreſcit , ſtupet , palet, emiſcit* : indigniſſimum ſe reputans , ut Deum cedat , ac præſens compareat coram tanta celſi- ne , & eminentia. Et per hujuſmodi conſidera- nem egreditur de una abyſſo in aliam : de abyſſo nipotentiæ Dei in abyſſum propriæ ſuæ impo- tiæ : de abyſſo ſapientiæ in abyſſum ignorantiæ : abyſſo bonitatis in abyſſum malitiæ : ſicque exit Deo , ut intret in ſeipſum : & quia in ſeipſo nonniſi nihilum & miſerias, reperit, revertitur ad Deum.

Hoc

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hoc eſt exire à Deo, ut intret in Deum, & nil quid primitus hoc modo exierit, intrare non poſſ... *Eſt exire à DEO, ut intres in DEVM.* Sancte hunc Humilitatis affectum exercebat Regius Pro-
Pſal. 61. pheta, quando dicebat: *Nonne DEO ſubjecta erit anima mea?* Quaſi diceret: dum contemplar no-bilitatem animæ meæ dignitate ex cedentis res o... creatas vitæ hujus, temporaneas & corporeas: & ... alia parte conſiderationis meæ velá expando in in... nitam illam Divinæ Majeſtatis celſitudinem & ... minentiam, cui nulla venit comparanda eminenti... valdè expedit & conveniens eſt, anima mea, ut ſol... DEO te ſubiicias & ſubmittas, non Mundo, peccato aut ſanguini: id enim tua exigit & meretur nobilitas. Quare: *Eſto anima mea ſub Deo, & ſub Deo deſi... univerſa.*

Loco illius dictionis (ſubjecta) alij legunt: *reſpi-ciat, ſileat, obſervet, exſpectet*: qui ſunt ipſiſſimi quatuor affectus, quos exercet anima humilis erga DEUM. Primus eſt *Reſpicere*, per contemplatio-nem: ſecundus, *Silere*, per admirationem; tertius, *Obſervare* Divinum beneplacitum cum perfecta con-formatione: quartus, *Exſpectare* cum patientia & deſide-rio Regnum æternæ Gloriæ.

Hoc idem Humilitatis exercitium, modo jam ex-plicato, peragunt ac frequentant etiam Sancti in cœlis: & vocatur Timor reverentialis aut filialis, vel Timor admirationis, veluti ſupra dictum eſt, qui
q.19. a.10. fundatus eſt *in defectu intrinſeco & eſſentiali creaturæ, prout dicit ſubjectionem ſecundum infinitam diſtantiam*
c. 4. *à DEO*: ſecundùm quam (ait S. Thomas) nec Deo ſe æquiparare aut adæquare, nec propiùs eum accedere audet. In ſignum hujuſmodi recognitionis & ſubjectio-nis, vidit S. Joannes in ſua Apocalypſi, quod ſancta ani-malia *mittebant coronas ſuas ante Thronum*: ad ſigni-candum, quod, ſicuti Deus eſt primum omnium re-rum principium, ita Deo quoque omnis debetur ho-nor & gloria.

2. Materia, circa quam ſeſe occupat virtus Hu-
ritatis, altiſſima & eminentiſſima eſt à natura ſua.
virtus, ſecundùm S. Chryſoſtomum, inclinat
contemptum terrenorum, & amorem æternorum.* *Hom. in 1. Cor. 1.*
milis ſpernit omnia bona tranſitoria, ac ſolùm
nat æterna: claudit oculos rebus viſibilibus,
viſibilibus aperit: tollit affectum à cunctis crea-
s, ac totum reponit affectum in eaundem Crea-
Cujus rei idem Sanctus Doctor adducit exem-
: *Quemadmodùm qui Regno* inhiat, quemcunque
contemnit honorem, Regia purpura inferiorem:
Humilis, qui ad æterna Gloriæ anhelat bona,
ſolummodò appetit & deſiderat, nimis vilia, &
nulla reputat cuncta bona terrena. Pergit ulterius
Chryſoſtomus, dicens, quod Humilis non ſolùm
n deſiderat, nec ſpernit duntaxat res terrenas;
*erubeſcit, ſi quis ea ſibi propoſuerit*: & per ta-
honorum oblationem magnam ſibi inferri cenſet
iam.

Ex dictis hiſce colligit idem Sanctus: *Nibil al-* *Hom. 36. in c. Matt. 21.*
*Humilitate, nihil depreſſius Superbiâ.* Et hujus
t rationem, nam *per Humilitatem ſimiles DEO* *Hom. 2. in Epiſ. ad Titum.*
*mur, quia DEVS humanâ laude non indiget,*
*æterno ſine illa fuit, unde contempſit.* Unde ſicut
n Sola contentus laude ſua eſſentiali & intrinſeca,
eget alienis plumis, & extrinſeca humana laude,
ab æterno fuit ſine illa, eamque flocci fecit ſprevit;
Humilis totus Divinæ laudi deditus, omnem
m laudem, quæ non eſt Divina, aut à DEO,
æſtimat; ſed contemnit & vilipendit. E con-
o ſuperbus à vera laude, quæ eſt in DEO, aver-
geſtat animum, ac totus converſus ad vanam
dem hominum, hanc ſolam deſiderat, hanc ambit.
ſis corporis ſuperbus apparet magnus; at iſta non
era magnitudo, ſed tumiditas. Quemadmodùm
orpore, ait S. Chryſoſtomus, *aliud eſt eſſe vi-* *Ad Cor. 1. Hom. 1.*
*dum, aliud tumidum: utrumque carnis habet*
*tudinem, ſed alterum corrupta, alterum verò ſana:*
*ſuperbus tumidus eſt, non magnus: Humilis verò*
*agnus ex magnitudine intrinſeca gratia & virtutum.*

Quapropter Humilis non eſt puſillanimis, ſed ma[illegible] gnanimus; non habet cor conſtrictum, ſed [illegible] cor ſublime, cor generoſum, quod quamcunque [illegible] rem, quæ non eſt Deus, in ſe capere & continere [illegible] dignatur.

*De perfect. Relig. c. 31.*

3. Habet Humilitas proprium actuum [illegible] exercitium: &, conformiter docet Seraphicus S. Bona[illegible] ventura, actus illos exercet erga ſeipſum, erga proxi[illegible] mum, erga Deum.

Primò erga ſeipſum frequentat quinque [illegible] Primus eſt, quod propriam cognoſcat ſubſtantiam [illegible] veluti ex nihilo pluribusque peccatis conſtantem [illegible] Secundus eſt, quod ſe ut talem reputet ac [illegible] met. Tertius eſt actus deſiderij, quo deſiderat [illegible] optatque, ut alij quoque eandem de ſe concipiant [illegible] æſtimationem. Quartus, quod coram cunctis crea[illegible] turis ſe confundat, in iſtis conſiderando id, quod ha[illegible] bent à Deo, in ſe verò inſpiciendo id, quod habet à ſe [illegible] Quintus, quod cum patientiâ & gaudio cuncta ſuſtineat [illegible] adverſa: in quacunque tribulatione canendo cum [illegible] qui reſuſcitatus rediit ab inferis: *Gratias DEO! am[illegible] plius non ardebo.*

Secundò, erga proximum quinque pariter exercet [illegible] actus. Primus eſt, conſiderat ipſum non ſecundum [illegible] ſuos defectus; ſed ſecundùm dona à DEO ipſi com[illegible] municata. Secundus, æſtimat eum, ut aliquid D[illegible] Tertius, optat, deſideratque, ut alij quoque [illegible] pſum ut talem reputent. Quartus, benè de eo [illegible] quitur, & ſi nil boni de ipſo occurrit referendum, [illegible] Quintus, poſſibilia quævis præſtat illi beneficia [illegible] obſequia, nullam prætermittens occaſionem, qua ei [illegible] inſervire ſatagat.

Tertiò, erga Deum quinque alios exercet a[illegible] Primus eſt, quod conſideret Deum, ut in ſe [illegible] ut primum ens, primumque omnis totiusque [illegible] principium. Secundus, quod eum, ut talem a[illegible] ac ſuper omnia diligat. Tertius, quod deſideret [illegible] procuret, ut is ab aliis quoque, ut talis, agnoſ[illegible] & ametur. Quartus eſt, quod in quacunque [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

te neceſſitate à Deo poſtulet auxilium. Quintus, ut in omnibus & per omnia Deo tribuat gloriam, ac ſemper gratias agat, laudando & benedicendo eum.

S. Thomas proprios hujus virtutis actus reducit ad quatuor.

Primus eſt, *Spernere Mundum*, videlicet, omnia bona mundana, ut ſunt divitiæ, honores, conſolationes mundi: quæ bona verus Humilis ſpernit, contemnit, & inſtar æſtimat.

Secundus, *Spernere nullum*, quamvis juxta externam apparentiam videatur eſſe vilis & abjectus: etenim inæſtimabilem defert & conſervat theſaurum animæ ad imaginem Dei creatæ, capacisque Gratiæ & gloriæ.

Tertius, *Spernere ſeſe*, ſecundùm ea, quæ quis habet à ſe, & non à Deo, veluti ſupra explicatum eſt.

Quartus & ultimus eſt, *Spernere ſperni*, nimirùm, non pendit, quod ſpernatur ab aliis. Et in hoc ultimo actu, ſecundùm eundem Doctorem, vera conſiſtit perfectio.

4. Ultra præfatos actus, Humilitas ſuas ſortitur cauſas & effectus. Cauſa Humilitatis, inquit S. Bernardus, eſt cognitio ſuiipſius: quia *Humilitas eſt virtus, quâ quis veriſſimâ ſui cognitione ſibiipſi vileſcit.* Trać. de 12 grad. Humilit. Unde Humilitas intellectiva eſt cauſa Humilitatis affectivæ. Duo dicit Humilitas, juxta S. Bernardum, cognitionem & contemptum ſuiipſius. Enimverò rectæ Rationi conforme eſt, ut peccatum ſit objectum contemptus & opprobrij: quemadmodum à contrario conforme eſt rectæ Rationi, ut virtus gloriæ honorisque objectum exiſtat.

Effectus Humilitatis eſt, diſponere animam ad Divinam Gratiam, *removendo prohibens*, puta, impedimentum Superbiæ: etenim Deus, utpotè eſſentialiter bonus, ac ſuiipſius communicativus, ſublato ab animâ impedimento, ſine morâ eidem ſe communicat: quemadmodùm Sol, ſublato obſtaculo, ſubitò illuminat.

Ex quo elucet, quanta ſit virtutis hujus neceſſ… Quia ſecundùm Philoſophos, *diſpoſitio & form…* *in eodem gradu neceſſitatu*: Gratia abſolutè … ceſſaria ad ſalutem: ergò Humilitas, quæ diſpo… ſitio ad recipiendam Gratiam, eodem modo neceſſ… erit: *Æternâ lege* igitur *firmatum eſt*, inquit S. Lau-
*Laurent. Iuſtin.* rentius Juſtinianus, ac Deus infallibili & indiſpenſ… decreto determinavit, ut non aliſi per viam Humi… pateat aditus ad ſalutem, neque per aliam vi… quàm per humiliationem perveniatur ad exaltatione…
*Luc. 18.* *Vt qui ſe humiliat, exaltetur, & qui ſe exaltat, hu-* *milietur.*

5. Humilitati opponitur vitium Superbiæ, quod…
*S. Tho. 2. 2. q. 162. a. 2.* ratione definitur à S. Thomâ: *Eſt appetitus inordi-* *natus propriæ excellentiæ*: eſt actus quidam volunta… quo inordinatè, puta, non ſecundùm rectam rationem… complacet ſibi quiſpiam in propriâ excellentiâ… Quemadmodùm à contrario dicitur de Humilitate… *Eſt appetitus ordinatus proprij contemptus*, ſecundùm… rectam Rationem.

Præterea contrarias ſortiuntur cauſas Superbia &… Humilitas. Siquidem Superbia naſcitur ex conſidera- tione propriæ perfectionis, & vocatur Superbia igno… rantiæ propriæ imperfectionis, quæ pariter appell… Humilitas intellectus.

*c. 21. Mor.* S. Gregorius Superbiam in quatuor dividit ſpecies…
*S. Antoni. p. iii. 3. c. 2.* Prima eſt, quando homo *credit bona ſua à ſe habere*, *unde extollitur*: quod non intelligitur ſpeculat… (id enim ſaperet hæreſin) ſed practicè: quando, … docet S. Thomas, *ita de bonis ſuis gloriatur, ac ſi …* *haberet, vel ex meritis propriis.*

Hæc ſpecies Superbiæ damnatur à S. Paulo…
*1 Cor. 4.* *Quid habes, quod non accepiſti? Si autem accepiſti,* *quid gloriaris, quaſi non acceperis?* Ubi S. Tho-
*S. Th. ibid.* mas: *Ille gloriatur, quaſi non accipiens, qui …* *ipſo gloriatur, & non de DEO: ille autem gloriatur* *quaſi accipiens, qui omnia DEO aſſcribens, gloriatur* *de ipſo.*

Secund…

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Secunda ſpecies Superbiæ eſt , quando aliquis ſit , *bona ſua eſſe à* DEO , *ſed ſibi data pro ſuis rtis , & propter illa ſe magnificat :* quod ſimi- n non intelligitur ſpeculativè ( id enim hæreti- n eſſet ) ſed practice : quandò quis ſuperbit in bonis datis, ac ſi ſuis deberentur meritis : quod vacuare Gratiam Dei, *quæ non datur pro aliquo, ſed pro* , quia *gratis omninò datur.*

Tertia ſpecies eſt, quandò aliquis *credit , & jactat habere , quod non habet.* Et contra hanc Superbiæ ſpeciem clamat Divinum Oraculum in Apocalypſi: *Apoc. c.3.* *, quod dives ſum & locupletatus , & nullius egeo : ſcis , quia miſer es, miſerabilis, & pauper, & cæcus nudus,*

Quarta ſpecies Superbiæ eſt *in bonis ſuis ſingula- ſe habere , & aliis ſe præferre :* quod eſt contra Dei, nobis communicantis dona ſua, non quia pter illa nos præferamus , ac ſpernamus noſtros mos ; ſed ut cum iisdem nos magis humilie- , nec non gratias & laudes ſuæ Divinæ Majeſtati ramus.

Hi ſunt quatuor rami Superbiæ : quorum ſigna, bus cognoſcatur , quandò aliqua ſpecies Super- reſidet in animâ noſtra , adducit Cajetanus ſe- *Cajet.* ntia.

Signum primæ ſpeciei , ait Cajetanus , eſt *In- titudo* , quia non refert gratias , neque DEO, tetur , dat gloriam , cùm ſint dona ſuæ Divinæ jeſtatis.

Signum ſecundæ ſpeciei *eſt eſſe ſecurum de bonis, habet ; querulum de bonis perditis : admirativum, non exauditur.*

Signum tertiæ ſpeciei *eſt eſſe pronum ad videndum rum defectus , ad ſua mala excuſanda, ad aliena pon- randa.*

Signum quartæ ſpeciei *eſt , cùm quis parum eſt ſus de cœleſti Patriâ , de membris* CHRISTI, *ſatisfactione peccatorum : dies ſuos pertranſit , quaſi mians , aut parùm vigilans.* Hæc negligentia

ſimul ſtare non poteſt cum donis, quæ ſuperbus cre-
dit ſe habere, quod nimirùm ſit incola cœli, amicus,
filius, membrum Chriſti: *Operatur enim magna Dei*
*Amor, ſi eſt.*

Hæc igitur ſigna examini ſubiicienda ſunt, ad co-
gnoſcendum, quiſnam ſuperbiæ ramus vigeat & re-
gnet in nobis: nam quamvis hi & ſimiles ſui
effectus ſint peccata levia; nihilominus diſponunt
ad graviora, in quantum Dominus Deus ad humi-
liandum ſuperbum multa alia permittit peccata, de-
negando gratiam ſuam efficacem. Unde dixit S. Au-
guſtinus, meliorem eſſe peccatorem humilem, quàm
juſtum ſuperbum.

*S. Tho q.* Prætereà S. Bernardus duodecim aſſignat gradus Su-
*162. a 4 &* perbiæ gradibus duodecim Humilitatis à D Gregorio
*q. 161. a. 6.* allegatis oppoſitos.

Primus gradus Humilitatis eſt *Modeſtia oculorum*:
1. *Curioſitas.* cui opponitur *Curioſitas oculorum.*

2. Secundus gradus Humilitatis eſt *Pauca verba & ra-*
*Levitas* *tionabilia, & non clamosâ voce loqui*: ſecundus verò
*mentis.* gradus Superbiæ *eſt Levitas mentis, per quam homo ſu-*
*perbè ſe habet in verbis.*

3. Tertius Humilitatis gradus eſt, *Ut non ſit facilis ac*
*Inepta læ-* *promptus in riſu*: & tertius Superbiæ gradus eſt
*titia.* *Inepta lætitia.*

4. Quartus gradus Humilitatis eſt *Taciturnitas uſque*
*Iactantia.* *ad interrogationem*; cui opponitur quartus gradus Su-
perbiæ, *Iactantia.*

5. Quintus gradus Humilitatis eſt *Tenere quod commu-*
*Singulari-* *nis regula Monaſterij habet*: cui opponitur quintus
*tas.* Superbiæ gradus, nimirùm, *Singularitas, per quam aliquis*
*ſanctior vult apparere.*

6. Sextus Humilitatis gradus eſt *Subeſſe cæteris*: & huic
*Arrogan-* opponitur ſextus gradus Superbiæ, videlicet, *Arrogan-*
*tia.* *tia, per quam homo ſe cæteris præfert.*

7. Septimus gradus Humilitatis eſt *Se reputare ad omnia*
*Præſum-* *inutilem*: & ei opponitur ſeptimus gradus Superbiæ,
*ptio.* qui eſt *Præſumptio, per quam aliquis reputat ſe ſufficien-*
*tem ad majora.*

Oc-

Octavus gradus Humilitatis eſt *Confeſſio peccato-*[rum]: & oppoſitus gradus Superbiæ eſt *Defenſio eo-*[rum]dem. 8. *Peccatorũ defenſio.*

Nonus Humilitatis gradus eſt *Acceptatio pœnæ pro* [culpa]: gradus Superbiæ illi oppoſitus eſt *Non accepta-*[tio p]er *ſimulatam confeſſionem.* 9. *Simulata Confeſſio.*

Decimus gradus Humilitatis eſt *Obedientia*: & deci-[mus] gradus Superbiæ contrarius eſt *Rebellio.* 10. *Rebellio.*

Undecimus gradus Humilitatis eſt *Delectatio in obe-*[dientia]: & contrarius gradus Superbiæ *Libertas, ideſt,* [delec]tatio in faciendo, quod vult. 11. *Libertas.*

Duodecimus Humilitatis gradus eſt *Timor Dei*: & [cont]rarius gradus Superbiæ eſt *Contemptus Dei.* 12. *Contempt⁹ Dei.*

Et hæc dicta ſufficiant de Superbiâ, ut majori ſtudio [&] diligentia eandem effugere allaboremus. Ad modum [acqui]rendæ Humilitatis jam procedamus.

Primò, juxta doctrinam S Bernardi, *ad exercitium* [hu]militatis quinque prodiſſe poſſunt. *S. Bernard. epiſt. 87.*

1. *Amor vilitatis.* Eligendo ſemper in omnibus rebus, [qu]od vilius & pejus eſt, veluti conditioni tuæ, ac ſtatui [pec]catoris magis proportionatum.

2. *Aſſiduitas ſubjectionis.* Quærendo ſemper ſubeſſe, [&] non præferri aliis.

3. *Comparatio melioris.* Conſiderando ſemper bo-[num], quo præditus eſt proximus tuus, & avertendo o-[cul]os à malo.

4. *Aſſidua meditatio propriæ conditionis.* Con-[templ]a tui nihili, tuorumque peccatorum conſide-[ratio]ne.

5. Et ultimum *Conſideratio occulti inſpectoris* Con-[tem]platio Dei præſentis, omnemque tuam imperfectio-[nem] & defectum inſpicientis.

Secundò, hanc virtutem addiſcere debemus in [S]chola Chriſti: *Filius docet in Schola Humilitatis: Spi-[ri]tus ſanctus introducit in Cellaria Charitatis: Pater* [a]dmittit in cubiculum Regis in Gloria: cùm ſcilicet ani-[m]a eſt jam perfecta per Humilitatem ſine maculâ, & per [Ch]aritatem ſine rugâ.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*S. Bern. de grad. Humilit.*
*S. Bernard. to.3. ſerm. de Regn. cœlorum to.419.*
*Matth.* 11.

Tertiò. Humilitas in praxi conjungenda eſt cum Virilitate & Magnanimitate, nec una ſine altera ſufficiens eſt. Siquidem Humilitas ſine Magnanimitate Puſillanimitas eſt: & Magnanimitas abſque Humilitate eſt Temeritas.

Quartò. Unienda quoque eſt Humilitas cum Manſuetudine, quæ ſunt virtutes Chriſti (*Mitis ſum & humilis corde*) ad quas tota reducitur perfectio Evangelica. Etenim, ut optimè notat Cajetanus *per Humilitatem expedimur Deo*, ad recipienda dona Dei, *& per Manſuetudinem expedimur proximo.*

*S. Bernardus de ſubjectione voluntatis.*
*Pſal.* 39.

Quintò. Humilitas quoque aſſocianda eſt Conformitati noſtræ voluntatis cum Divinâ, & in tota reſignatione, juxta S. Bernardum, propriè conſiſtit Humilitatis perfectio, quandò in omnibus rebus Divino (*Veni*) correſpondet Humanum (*Venio*) quemadmodùm ſanctiſſima Chriſti anima correſpondebat: *Tunc dixi: Ecce venio: In capite libri ſcriptum eſt de me, ut facerem voluntatem tuam.*

Sextò. Conjunges propriam Humilitatem cum excellentiâ & magnitudine DEI. In tua Humilitate reperies tria: proprium nihilum, propria peccata; & pœnam Inferni iisdem correſpondentem. In tuo nihilo attolle mentem ad conſiderandam magnitudinem potentiæ Patris: In peccatis tuis contemplare efficaciam Sanguinis CHRISTI. In pœna Inferni erige mentem ad gaudium vitæ æternæ Spiritus ſancti.

Humilitatem inſuper comitabitur laus DEI, veluti docet D. Auguſtinus dicens: *Gemina debet eſſe confeſſio, & peccatorum, & laudis DEI. Quandò nobis malè eſt in tribulationibus; confiteamur peccata noſtra: quandò nobis benè eſt in conſolationibus; confiteamur laudem DEI: ſine confeſſione tamen non ſimus.* Et hoc

*Daniel.* 3.
*Baruch.* 1.

ipſum erat, quod in oratione ſuâ poſtulabant Prophetæ, quandò dicebant: *Tibi, Domine, juſtitia*: & omnis gloria; *nobis autem confuſio faciei noſtræ*, & ignominia propter peccata noſtra.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Denique. Humilitatem conſidera myſticam veluti cœli ſcalam, per ſcalam Jacob præfiguratam. Eam aſcendere ſatage, modò perſiſtendo in uno, modò in alio illius gradu. Scala Jacob habebat apicem, in quo reſidebat Deus: baſin, juxta quam erat Jacob: duo quoque habebat latera, & gradus varios: Ita in ſpirituali Humilitatis ſcalâ eſt altitudo & eminentia Dei, noſtra ſubmiſſio, & duo latera: latus dextrum eſt confidentia in Deo, ſiniſtrum diffidentia in nobiſmetipſis. Gradus ſunt quinque principales Humilitatis actus, & ab uno devenitur ad alium. Primus eſt cognitio propria. Secundus eſt cognitio Dei. Tertius eſt amor Dei. Quartus eſt conformatio noſtræ voluntatis cum Divinâ. Quintus & ultimus eſt pax & gaudium in beneplacito Dei: curam adhibendo, ut omnes potentiæ animæ, omnia corporis membra nil aliud ſpirent, quàm gaudium & gloriam Dei. Hunc in finem, ut notat S. Chryſoſtomus, Deus dedit nobis oculos, os, & aures: *Vt omnia ipſi membra ſervirent: ut quæ ipſius ſunt, audiamus: quæ ipſius ſunt, loquamur: quæ ipſius ſunt, operemur; ipſius laudes canamus aſſiduas, & gratias per cuncta referamus.* Et hoc in exercitio comites habebis *aſcendentes & deſcendentes Angelos*, quia Humiles qui in Terris Angelicam inchoant converſationem, quam deinde per totam æternitatem continuabunt in cœlis. *S. Chryſoſt.* 1.143.

# CAP. XXI.

## *De Virtute Studioſitatis.*

1. INclinat hæc virtus ad moderandum & dirigendum deſiderium ſciendi. *Eſt enim virtus moderativa appetitus cognoſcendi*, ac per conſequens moderatur etiam uſui activo voluntatis, & paſſivo aliarum potentiarum. Et hic uſus appellatur *Studium*, *id eſt*, *vehe-* 2.2.q.166. Ex Philoſ.

*vehemens applicatio ad cognoſcendum* : quia, cùm na[tura] *homo naturaliter ſcire deſideret* ; ut hæc inclinatio Rationi conformis, neceſſe eſt, reguletur ac dirigatur per virtutem Studioſitatis, ad hoc, ut voluntas intellectivam applicet potentiam ad cognoſcendum & percipiendum id, quod eſt conveniens, ſecundùm circumſtantias perſonæ, officij, temporis, loci, finis. Hæc virtus eſt pars virtutis Modeſtiæ, & conſequenter Temperantiæ: quia ad Temperantiam pertinet temperare ſuperfluum appetitum delectationis: ergò Studioſitas, temperans exceſſum in deſiderio cognoſcendi, eſt pars Temperantiæ.

2. Scopus hujus virtutis eſt *moderatum & regulatum ſtudium cognoſcendi : ut fiat ex debito fine, & ex debitis circumſtantiis* : ut quis attendat ſtudeatque earum rerum cognitioni, quæ propriam convenit professionem, non ob vanam gloriam, neque ob ſolam ſciendi curioſitatem. *Scire, ut ſcias* (ut ait S Bernardus) *vanitas eſt.* Et ſecundùm doctrinam S. Auguſtini omnis ſcientia, quæ non dirigitur ad bonum finem, eſt inutilis, nec eſt conformis virtuti Studioſitatis. *In cognitione rerum non vana & peritura curioſitas exercenda eſt ; ſed gradus ad immortalia & ſemper permanentia faciendus.* Enimverò bonum Scientiæ *non facit ſimpliciter bonum habentem*, veluti facit virtus Temperantiæ, Fortitudinis, &c. ſed ſecundum *quid*, ſolùm in ordine ad proprium actum, propriumque objectum : ſtudium igitur ſciendi haud perſiſtere debet in ſola ſpeculatione ; ſed ulteriùs tranſire ad operationem *ſecundùm virtutem*

lib de vera Relig. c.29.

3. Actus virtutis hujus ſunt tres. Primus eſt, temperare affectum ſciendi. Secundus eſt moderari ſtudio applicationi intellectus, applicando eum materiæ & ac fini convenienti. Tertius eſt excitare & promovere affectum & applicationem, quando in ſtudio rerum necceſſariarum & convenientium, laboris pertæſi, experimur tepiditatem & negligentiam.

4. Cauſa materialis, & ſubjectiva hujus virtutis ſecundùm Cajetanum, eſt voluntas, cujus eſt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ne intellectum ad debitam rerum cognitionem. Quamvis enim cognitio, cùm ſit neceſſaria, & non ..ta, non ſit capax virtutis; nihilominùs uſus illius ..t indifferens: ac propterea bonus & malus eſſe po..ſt, & perconſequens regulabilis per virtutem Studio..tatis.

Effectus hujus virtutis eſt reddere hominem tem..ratum, non tàntum in delectatione tactus, verùm ..iam in voluptate & oblectatione, quæ naſcitur ex ..rum cognitione: ſive illa ſit intellectiva, ſive ſen..tiva.

Vitia huic virtuti contraria ſunt: *Curioſitas per* S. Thom.
..ſum, *& Negligentia per defectum*: prima ſe applicat Cajet. q.
.., quibus ſe minimè applicare debet: ſecunda deficit 167. a.1.
..ia, quam adhibere tenetur, applicatione Virtus ..mque Studioſitatis *non eſt directa circa cognitionem*, ..æ neceſſaria eſt; ſed *circa appetitum & ſtudium co..ſcenda veritatis*, quod eſt indifferens, & poteſt eſſe ..num & malum. Quare ad deſiderium & applica..nem ſciendi concurrere poteſt vitium Curioſitatis, ..que quatuor modis. Primò, ratione materiæ, com..tando ſcientiam utilem & neceſſariam in vanam: quemadmodum faciebant Sacerdotes illi (dicit S. Hie..onymus) *qui dimiſſis Evangeliis & Prophetis, co-* Epiſt. ad
*..dias legebant.* Secundò, ratione modi: ut cùm Damaſc.
..a arte & commercio dæmonis ſcientias acquirere ..agit. Tertiò, ratione finis: quando cognitio Dei ..fertur ad cognitionem creaturarum, non tanquàm ad finem proximum (etenim cognitio creaturarum ..t *per ſe bona, & appetibilis, & in genere boni honeſti*)
..ed tanquàm ad finem ultimum. Siquidem, *ſicut o-* Cajet.
*..nis ſcientia animæ ordinatur ad fœlicitatem, tanquàm ad finem ultimum; ita omnis creaturæ cognitio ordinatur ad cognitionem* DEI, *ut finem ultimum.* Quartò, quis prolabitur in vitium Curioſitatis, quando inveſtigat ſcientiam, quæ propriam excedit ..cultatem cum periculo incidendi in errores. Qua..propter admonet Spiritus ſanctus: *Altiora te ne* Eccleſ. 3.2.
*quæſieris.*

Hoc

Hoc Curioſitatis vitium non ſolùm reſpectu cognitionis intellectivæ; verùm etiam comparatione cognitionis ſenſitivæ datur: & eſt, quando *abutimur ſenſitiva cognitione*, non dirigendo eam ad talem finem, ad qualem ordinatur à Natura, nimirùm, *ad ſuſtentandam vitam*, ad procuranda vitæ neceſſaria, & ad ſubminiſtrandam materiam intellectionis ipſi intellectui. Quare, quotieſcunque occupamur cognitione aliqua

S. Aug. lib. 10. c. 35. ſenſitiva (*ut ſi video canem currentem poſt leporem*) nec ullum ex eâ percipimus emolumentum, ſeu corporis, ſeu animæ, neque quod cedit in gloriam Dei, talis cognitio eſt vitioſa & curioſa.

6. Circa praxin hujus virtutis, primò, eligenda eſt materia, quæ competat conditioni perſonæ quæ ſtudet. Materia communis omnibus, & quæ ſemper præ oculis habenda eſt, juxta S. Antoninum, eſt ſtudium Sacræ Scripturæ: idque probat per dictum illud

D. Hieron. apud S. Antonin. D. Hieronymi aſſerentis: *Divina Scriptura ſemper in manibus & jugiter in mente voluatur.*

Secundò, quod attinet ad modum ſtudendi & cognoſcendi: quamvis juxta doctrinam Cajetani, uti ſupra dictum fuit, non ſit neceſſe, explicitè ordinetur cognitio creaturarum ad cognitionem Dei; ſed ſufficiat, ſi implicitè & virtualiter id fiat, in quantum creaturæ ex natura ſuâ ſunt *gradus ad Deum*; nihilominus pro majori augmento meriti, perfectionisque acquirendo multùm proderit hæc ordinatio actualis. Sicut enim, quemadmodùm nullus hæret, aut manet quietus & firmus in ſcala materiali; ſed ſolùm per tranſit illam; ita in cognitione creaturarum, quæ ſunt veluti ſcala, per quam devenitur ad earundem Creatorem, non oportet hærere & perſiſtere; ſed, tranſeundo per eas, Deo deinde inhærere, & in eodem quieſcere debemus.

Tertiò, ſeriò invigilandum eſt, ut benè utamur cognitione ſenſitiva. Quia *ſenſus eſt propter intellectum, & intellectus propter Deum*: ergò ex eo, quod oculis, auribuſque percipimus & ſenſimus, bonam aliquam cogitationem & conceptum intellectus eruere,

&cu

eundem denique ad cognitionem & amorem Dei ordinari debemus.

Quartò, ſuffragio virtutis hujus Studioſitatis non ſolùm affectum & applicationem à materia inutili & vana retrahamus, & avocemus; verùm etiam eundem ad materias utiles & convenientes incitemus & inflammemus, oportet; ne Curioſitas nos pertrahat ad id, quod vitioſum eſt, ne Negligentia nos ab eo, quod honeſtum eſt, removeat.

Quintò denique, debemus mediante hac virtute procedere cum ordine: ac primo loco, & majori cum affectu & diligentiâ oportet ſtudere illis, quæ *ſunt propinquiora ſaluti:* pluris faciendo virtutem, quàm ſcientiam: pluris æſtimando amorem Dei, quàm cognitionem Dei in Scholis præceptam.

*F I N I S.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# INDEX

## Capitum & Materiarum, quæ hac tertia parte Itineris Cœleſtis comprehenduntur.

*Quomodo impugnandæ ac evincendæ ſint Dæmonis tentationes, declaratur exercitio primo.* pag. 2

Caput 1.

*De neceſſitate tentationum.* ibid.

cap. 2.

*De utilitate tentationum.* 4

cap. 3.

*De mediis pro ſuperandis Dæmonis tentationibus, ac primò de ſancta Fide.* 10

cap. 4.

*De alio medio Humilitatis.* 13

cap. 5.

*De Tertio Medio, quod eſt Oratio.* 16

cap. 6.

*De Quarto Medio, quod eſt Devotio erga Sanctiſſimum ſacramentum.* 19

cap. 7.

*De Quinto Medio, quod eſt recurſus ad plagas & vulnera Chriſti.* 22

cap. 8.

*De Sexto Medio, quod eſt Invocatio B. Virginis.* 24

cap. 9.

*De Septimo & ultimo Medio, quod eſt recurſus ad Angelum noſtrum Cuſtodem.* 28

---

*In quo conſiſtat verum gaudium, Exercitio ſecundo declaratur.* 33

# INDEX.

Caput 1.

*Verum gaudium reperitur in Deo, non in creaturis.*

cap. 2

*Eadem veritas aliis ſuadetur rationibus.*

cap. 3.

*Eadem veritas ſacræ ſcripturæ, ſanctorumque Patrum au-thoritate probatur.*

cap. 4.

*De proprietatibus veri gaudii falſo oppoſitis,*

cap. 5.

*De Mediis, quibus continuum acquiratur gaudium.*

---

*In quo ſita ſit perfecta religioſorum, Conſiliorumque Ev-angelicorum obſervantia, oſtenditur Exercitio*

Cap. 1.

*Introducitur breve ſchema Hominis religioſi, religioſæque professionis.*

cap. 2.

*De praxi ſeu exercitio perfectionis votorum in commune.* 66

cap. 3

*De perfecta obſervantia votorum in particulari, & primo de perfectione voti Paupertatis.*

cap. 4.

*De perfectione voti Caſtitatis.*

cap. 5.

*De perfectione voti obedientiæ.*

cap. 6.

*De reflexione ſuper vota.*

cap. 7.

*Propoſita.*

cap. 8.

*Reflexio ſuper regulas.*

cap. 9.

*De Conſiliis Evangelicis.*

cap. 10.

*De zelo animarum.*

cap. 11.

*De modo conſervandi cum proximo.*

cap.12.
...fficio Confeſſarii. 92
cap. 13.
...fficio Concionatoris. 95

---

...Virtutibus in communi, & de mediis quibus eadem ac-
quiruntur, exercitio quarto quarto tractatur. 98

---

...Virtutibus in particulari agitur exercitio quin-
to. 110
Cap 1.
...Virtute fidei. ibid.
cap.2.
...Virtute ſpei. 119
cap. 3.
...Timore Dei. 130
cap. 4.
...Charitate Dei. 136
cap. 5.
...amore ſui ipſius. 143
cap 6.
...charitate erga proximum. 148

---

...cæteris virtutibus moralibus inſtituitur exercitium ſex-
tum. 160
Cap.1.
...Prudentia. ibid.
cap.2.
...Virtute Iuſtitiæ. 165
cap 3.
...Virtute Religionis. 170
cap 4.
...Virtute Pietatis erga parentes. 175
cap. 5.
...Virtute Obſervantiæ erga ſuperiores. 178
cap 6.
...Virtute Obedientiæ. 180
cap. 7.
...Virtute Gratitudinis. 183

cap.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cap. 8.
*De virtute Iuſtitiæ vindicativa.*
cap. 9.
*De Virtute Veritatis, ſeu Veracitatis.*
cap. 10.
*De Virtute Affabilitatis.*
cap. 11.
*De Virtute liberalitatis.*
cap. 12.
*De Virtute Fortitudinis.*
cap. 13.
*De Virtute Magnanimitatis.*
cap. 14.
*De Virtute Magnificentiæ.*
cap. 15.
*De Virtute Patientiæ.*
cap. 16.
*De Virtute Perſeverantiæ.*
cap. 17.
*De Virtute Temperantiæ.*
cap. 18.
*De Virtute Continentiæ.*
cap. 19.
*De Virtute Manſuetudinis, & Clementiæ.*
cap. 20.
*De Virtute Modeſtiæ.*
cap. 21.
*De Virtute Humilitatis.*
cap. 22.
*De Virtute Studioſitatis.*

FINIS.